

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae  
& politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

Idea Virtutum Ethicarum

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

## IDEA

## VIRTUTUM

*Ethicarum.*

**V**THICA, est ars benè beataeque via vendi. Benè autem & beatè vivere est virtuti congruenter vivere. Eth. Nic.lib.1.cap.1.

2. Itaque Beatitudo, ut Philosophus definit, nihil aliud est quam munera animi functio, virtuti congruens, in vita perfecta; vel ut alii, Summum hominis bonum, à virtute profectum.
3. Hanc cùm omnes expetant, Quid virtus sit, quam immediatè consequitur: & quatuorplex, scire convenit.
4. VIRTUS est habitus animi bonus, congruens cum recta ratione: ex seminibus discriminis honesti & turpis, natura quidem insitis, sed doctrina & exercitatione ad aliquam frugem perductis, ortus.

5. Neque enim animus hominis se habet ut tabula rasa, in qua nihil scriptum quidvis inscribi possit: sed etiam post lapsum hominis remanserunt quædam semina virtutum,

I & no:

& notitiae tum DEI, tum nostri, vel (ut cum Theologorum Scholis loquar) primæ & secundæ Tabulæ.

6. Illius quidem parcius & obscurius, sed tamē quantum satis est ad *ἀνατολογίαν*, hoc est, inexcusabiles reddendum omnes homines coram Deo, Rom. 1. Hujus verò paulò clarius & uberiorius ad societatem & politiam in genere humano conservandum propter elec̄tos. *Phil. Melan. lib. 1. Chron. & lib. 1. Ethic.*

7. Hæc semina & igniculi dum excitantur, & crebris actionibus ad aliquam perfectionem, juxta præscriptum rectæ rationis, producuntur. *Habitus efficitur; quia philosophis*  
*VIRTUS adpellari consuevit.*

8. Et quia doctrinæ & experientia omnis virtus comparatur, sequitur animum proprium ejus esse subjectum; & diuturnitatem temporis adjunctum. *2. Nic. 1.*

9. Soli enim animo doctrina accedit; & experientia ut plurimum diuturnitatem temporis requirit.

10. Hic autē multum refert, quale sit temperamentum, (complexionem vocant Medicis) uniuscujusq;. Nam pro ejus qualitate, siccitudinem & proximam cauillam spectes, igniculi virtutum ut diversimodè insunt, ita excitantur & foventur: Si verò primam cauillam, pro diversis donorum divinorum gradibus

*11. Virtus*

ii. Virtus  
palitionis  
ii. Simplici  
comparati.  
i. in confi  
bant singli  
ii. Estq;  
mibus, qui  
nus in se  
posterior  
num, in  
pro dive  
Philoso  
modè.  
14. I  
egetis v  
ino mod  
posita p  
i. Vi  
plex, in  
perfici  
16. C  
Una, q  
nem so  
tem co  
fatur, d  
plentia,  
ibid. lib.  
17. Sæp

11. Virtus poterò pro diverso acquisitionis & possessionis modo simplex est vel composita.  
12. Simplex est habitus animi, qui separatum comparari & possideri (possessio autem virtutis in ejus usu consistit. Hippoda: Thurius Pyth. apud Stobaeum) singillatim potest.

13. Estq; rursus, pro diversis animi functionibus, quibus inhæret, Διάνοια vel ορθογνονία sive ιδεια. Quarum prior etiam Διάνοια, posterior ορθογνονία, pro diversitate objectorum, in quibus utraq; occupatur, vel potius pro diverso occupationis modo, in scholis Philosophorum appellatur; sed minus commodè. 1. Nic. 14. n. 34.

14. Theoria enim utrique communis est, ορθογνονία verò præterquam quod etiam priori suo modo competat, maximè in virtute composita perspicitur; ut infra videbimus.

15. Virtus Διάνοια est habitus animi simplex, intellectum potissimum informans, & perficiens.

16. Cùm autem duæ sint Διάνοιas functiones: Una, quæ circa rerum universalium cognitionem solum; altera, quæ circa singularium saltētē consultationem & dijudicationem versatur, duplex inde existit virtus Διάνοια, Sapientia, & Prudentia. 1. Nic. 14. n. 35. Archytas Pythag. lib. de Bono viro & Beato: item 6. Nic. 1.

17. Sapientia, est simplex habitus Διάνοιas, circa rerum

D I S P U T A T I O N E S

- 132.
- ca rerum præstantissimarum notitiam occupatus. 6. Nic. 7.
18. Estq; vel prima, vel à Prima quodammodo orta. Prima, quæ & Mens sive Intelligenzia non incommodè dici potest, est habitus *diabolus* simplex in vera principiorum notitia constitutus. 6. Nic. 6. n. 10.
19. Et si enim primæ notitiæ rerum, sive principia nobis innata sunt, tamen certa eorum & solida cognitio, diligentia indagatione comparata, habitus dici potest.
20. A prima orta sapientia, & *τέλειον* ita dicta, est habitus *diabolus*, qui veram principiorum notitiam ad usum accommodare potest, ut Scientia & Ars. 6. Nic. 7. n. 7.
21. Scientia est habitus demonstrativus in rebus perpetuis, æternis, incorruptilibus, per causas proprias cognoscendis occupatus. Vel: est constans *diabolus* habitus multis demonstrationibus acquisitus. 6. Nic. 6. 1. Post.
22. Scientia est duplex: Superior & Inferior. Superior, quæ aliam sibi subjectam habet.
23. Inferior, quæ alteri Scientiæ subjicitur. Hæc aliquando dicitur Subalternata.
24. Volunt autem propriæ subalternatam scientiæ esse eam, quæ subiecto subalternantis seu superioris scientiæ addit sensilem qualitatem, ut Musica addit Arithmetices subjecto, numero scilicet à rebus physicis abstracto.



sto, sonum. Ita & optica subalternata est Geometria.

25. Ars est ἔξις τις μετὰ λόγου δημόθεος προνοποιήσις. 6. Nic. 4. habitus cum recta ratione efficiens.

26. Ars autem & scientia et si nominibus differunt, & definitionibus hic discernuntur ab Aristotele, ad Mechanicas artes respiciente: tamen re ipsa & essentia unus & idem videntur esse habitus: & turn ab Aristotele alibi, tum in vulgari differentium usu confundi.

27. Nam & scientiis εὐπορεξία, quae artium est: & artibus æternorum, incorruptibilium, &c. ὑπέλαθος, quae scientiarum est, convenit.

28. Quid quodd sapientia, quae est ἀπίκεσάτη τῶν θεοτυμῶν. 6. Nic. 7. n. 6. artibus etiam Mechanicis ab Homero tribuitur, & ab Aristotele εἰ τοῖς τέχναις τοῖς ἀπίκεστοις τὸ τέχναις. 6. Nic. 7. n. 1.

29. Atque hæc prima fuit virtus προνοποιήσις circa rerum universalium notitiam, in Sapientia: sequitur altera circa res singulares potissimum, in Prudentia.

30. Prudentia est habitus προνοποιήσις simplex, recte consultandi, judicandiq; de iis, quæ vita hominum conducunt, vel obsunt. 6. Nic.

5. n. 1. 14.

31. Est autem non universorum modò sive προσόντων, sed opus est singula etiam ut cognoscatur. Ad agendum enim idonea est. In rebus singulari-

13 gulari-

gularibus autem actio maximè versatur. Nam si quis sciat, leves carnes faciles concoctu & salubres, quæ tamen leves sint ignoret, sanitatem non efficiet; sed qui avium carnes leves & salubres esse sciverit. 6. Nic. 8. n. 5. 6.

32. Itaq; cum hic nonnulli s̄x eidētes, id est inscii, ἐνιστορῶν θεατηρεῖαι, id est magis, quam quidam scientes, practici sunt: tūm in aliis rebus ii, qui sunt uero periti. Danda igitur opera est, ut vel utramq; cognitionem habeamus: vel hanc potius, quam illam. 6. Nic. 8. n. 7. 8. 10. 11.

33. Prudentia est Generalis, vel Specialis. Quarum hæc habentem; illa altos respicit.

34. Specialis est φρένος, qua unusquisq; sibi suisq; rebus prospicit, nec incōmodè Moras & singularis dici potest. 6. Nic. 8. n. 21. c. 9. n. 1.

35. Hæc consistit generatim in acquisitione rerum ad vitæ sustentationem necessariarum: & earundem conservatione.

36. Atq; hujus Prudentiæ imago quædam in bestiis esse putatur; in iis nimirum, quæ rerum ad vitam necessariarum providendarum facultatem habere videntur. 6. Nic. 8. n. 15.

37. Generalis est quæ multorum pluriūm ve commoda & incomoda concernit.

38. Estq; particularis vel universalis. Particularis, quæ omnibus, unius & ejusdem familiæ communitatibus prospicit.

39. Uni-

39. *Universalis*, quæ omnibus unius & ejusdem civitatis familiis præst & prodest. *Quarum illa Oeconomica*, hæc *Politica* dicitur.

40. *Oeconomica* est benè dispensandi res familiæ peritia.

41. *Politica*, est peritia Reipub. benè administrandæ.

42. Utraque consistit in officiis cum superiorum erga inferiores, & contra: tum æquium erga se invicem.

43. Superiorum officia in gubernandi industria & imperandi æquitate; Inferiorum verò in obediendi promptitudine, & imperata exequendi dexteritate, generatim consistunt.

44. Quæ tamē officia pro diversitate communitatum, ex quibus *Oeconomica* primūm & *Politica* societas secundariò constat, variant; ut aliás in vita humana, & ejus societatis dispiciemus.

45. Hactenus virtus diavonpiù, in suis speciebus, Sapientia & Prudentia, explicata fuit. Sequitur πειραιη, sive ἡδη, quæ iξεδει, id est, more, comparatur, à quo nomen quoq; traxit, quod parum admodum ἡδεις, id est, à more, deflectit. 2. Nic. i. n. 3.

46. Ex quo perspicuum est, nullam virtutem moralem insitam nobis esse naturā; sed sicut ædificando fiunt artifices, ita nos virtu-

tis muneribus functos consequi virtutes. 2.  
Nic.1.n.4.10.11.

47. Non igitur parum refert τὸ οὐτως ή οὐτως  
εὑδύς εἰνιαν ἐδίζεσθε : sic vel sic statim à prima  
ætate assuefieri. Immodò verò totum in eo po-  
situm est. 2. Nic.1.n.18.

*Quo semel est imbuta recens servabit odorē-Testa diu,*

48. Virtus Moralis est habitus animi elec-  
tivus in mediocritate quæ ad nos , rationeque; sic  
definita, positus. 2. Nic.4.5. & 6. capitibus.

49. Cùm enim virtus moralis non εὐτῆ  
γνώσθε (ut inquit Philosophus in proam.lib.1. Nic. &  
2.cap.lib.2. ) αλλ' εἰ τῷ περιεχομένῳ perficiatur, τοιούτης  
autem sit rerum singularium, quæ variant in  
circumstantiis, medium non Rei sed Ratio-  
nis sibi proponit.

50. Medium autem Rei, est proportio A-  
rithmetica, æqualiter ab utroq; extremo di-  
stans: atque una & eadem existens omnibus.  
2.Nic.cap.5.n.10.12.5. Nic.7.

51. Medium verò Rationis sive τοιούτης, est  
proportio Geometrica, quæ nec superat ne-  
que deserit, quod oportet adesse. Estque nec  
una omnibus, nec eadem. Nam, verbi gratia,  
non eadem portio Miloni Crotoniatæ con-  
veniet, & Tyroni. 2.Nic.5.n.11.13.23.

52. Etsi verò voluntas per se rationis est ex-  
pers, ideoque; perturbationes varias recipit, ta-  
men inest ipsi aptitudo quedam, ut rationis  
imperio

imperio pareat; & quatenus parerit, ita λόγον της rationem habere dicitur, εν εἰδεύτῃ, non in se ipsa, αλλ' ὡς τοπερ θεωρεῖσθαι κακά πονητικά, sed ut dicto patris audiens. 1. Nic. 14. n. 33.

53. Quoniam igitur rationis imperio obedit, καὶ ἔχει τοῦ λόγου, propterea εἰς ei propriè tribuitur sive habitus, ut benè vel male adversus perturbationes affecti simus. 2. Nic. 4. n. 5.

54. Virtus porro περιεργὴ sicut & θεονομία, pro diversis sui subjecti facultatibus duplex est. Aut enim circa animos & seu irascientis facultatis actiones versatur, ut Fortitudo & Mansuetudo; aut circa appetentis.

55. Fortitudo est mediocritas inter metum & audaciam: qua armatus res terribiles quavis, maximè autem mortem, honestatis causa sustinet. 3. Nic. 9. n. 3.

56. Metus, est affectus simplex, quo cor objectum ingratum absens aversatur, & quodammodo constringitur, ut ei viam præcludat. Vel ut Aristoteles definit. 3. Nic. 9. n. 6. est mali expectatio.

57. Audacia, est confidentia temeraria, ubi & quando non expedit.

58. Non autem circa omnia objecta ingrata, sed quæ maximè terrorē incutunt, ut mortem, eamq; pulcherrimam, Bellicam scilicet, Fortitudo versari videtur. 3. Nic. 9. n. 19. 21. 23. 25.

59. Fortis itaque dicitur, non qui nihil omnino timet; nec qui quidvis audet. 2. Nic. 2. n. 11. sed qui animo fidenti, prudenter, decorè & opportunè discrimina vitæ & fortunarum subit. 3. Nic. 9. n. 28. Imò, qui nec rebus adversis frangi, nec prosperis nimium æstuare solet.

*Plato primo de legibus. Item Cicero.*

60. Quare fortes non erunt milites vulgares, qui pro mercede exigua vitam suam exponunt venalem. 3. Nic. c. 11. n. 22. & 6. 12. n. 13.

61. Multò minus qui vel ob inopiam, vel amorem, vel quamvis aliam molestiam mortem sibi consicunt. 3. Nic. 11. n. 3. Neque enim fortis est, majorum malorum metu tolerare minora; neq; injussum magni Imperatoris vitam hanc, veluti stationem, deserere licet, ut solidissimis rationibus Socrates demonstrat in Phædone Platonis.

62. Fortitudini cognatae sunt dispositiones illæ ad virtutem, Tolerantia & Pudor. Quarum illa ad Fortitudinem inclinat; hæc quodammodo declinat. Illa cum doloribus luctatur: hæc succumbentibus irascitur, & ob infamiam metum, quæ viatos consequi solet, eosdem stimulat & excitat.

63. Hæc tenus de fortitudine. Mansuetudo, est mediocritas in ira. 2. Nic. 7. vel est virtus, quæ cōpescit iram, hominisq; voluntatem promtiorum ad veniam quam ad vindictam reddit. 4. Nic. c. 9. n. 11.

64. Itaq;

4. Itaq; ma  
5. internum,  
6. sunt diffe  
7. que peran  
8. munitas;  
9. de poterio  
10. Ita aut  
11. mandiam  
12. tamen i  
13. indulge  
14. probanda  
15. Clementi  
16. veritas.  
17. Ad  
18. allequen  
19. fin totios  
20. pro ejus t  
21. num mag  
22. reillo an  
23. Qu  
24. lerici, ac  
25. qui ver  
26. adversus  
27. mabunt  
28. H  
29. pender,  
30. gnoscen  
31. ut eadem  
32. investiga

64. Itaq; mansuetudinis ut duo sunt objecta: internum, ira: externum, poena: ita quoque duæ sunt differentiae: Moderari itam, & mitigare poenam. Quarum prior non incommodè *Lenitas*, & per Synecdochen mansuetudo: posterior *Clementia* dici potest.

65. Ita autem in utroque versari debet, ut iracundiam quidem & acerbitatem viter: sed tamen in contraria vitia, Lentitudinem & Indulgentiam, non delabatur. Ita enim probanda est, *inquit Cicero*, Mansuetudo atque Clementia, ut adhibetur Reipub. causa severitas.

66. Ad Medium autem facilius & felicius asséquendum, utile est cognitam habere crasis totius corporis, præsertim cordis. Nam pro ejus temperie vel ad hoc vel illud extre-  
mum magis sumus proclives; ideoque vel hoc vel illo antidoto magis indigemus.

67. Quare qui sunt Melancholici & Cholerici, adversus iracundiam & ferocitatem: qui vero Phlegmatici, maximeque sanguinei, adversus lentitudinem & indulgentiam sear-  
mabunt.

68. Hæc *κρίσεως* cognitio et si à Physica de-  
pendet, tam in Ethica ad morbos animi co-  
gnoscendos & pellendos, nota esse debet: sic  
ut eadem in medicina ad cacochymlæ fontes  
investigandos & tollendos consideratur.

69. Man.

69. Mansuetudini agnatæ sunt dispositio-  
nes, Commiseratio & Indignatio. Quarum utra-  
que dolor est animæ; illa quidē propter ma-  
lum; hæc propter bonum, quod indigno ali-  
cui accidere videt.

70. Huc usq;<sub>z</sub>, virtus irascentis facultatis animæ in  
Fortitudine & Mansuetudine fuit. Quæ in appre-  
tente anima consistit virtus, cirea voluptates  
& dolores versatur, maximè tamen circa vo-  
luptates.

71. Voluptas, est suavis motus cordis, quo  
objeto grato modicè dilatatur, ut illud in se  
quasi recipere & retinere velle videatur,

72. Dolor contrā est tristis motus & quasi  
constrictio cordis ex objecto ingrato orta.

73. Voluptas est vel ~~stomatikè~~, vel ~~luxurian~~. ~~stomatikè~~  
est nihil aliud, quam suavis illa nervo-  
rum juxta & pelliculæ nerveæ per totum cor-  
pus sparsæ, titillatio; propriæq; Temperantia  
regimen agnoscit.

74. Cùm autem sit vel communis, vel pro-  
pria, videndū, circa quam potissimum Temper-  
antia versetur,

75. Communis est, quæ non in homine so-  
lum, sed in reliquis quoq; animalibus per-  
spicitur; unde servilem eam & belluinanam el-  
se necesse est, ut Nutritionis appetitio & con-  
cupiscentia.

76. Propria, quæ uni & soli homini com-  
petit.

petit. Estq; vel adscita sive voluntaria, ut sacrificiones, fricationes, & gymnasticæ exercitationes : vel insita. Eaq; aut natura, quæ est peculiaris hujus vel illius cibi potusve præ aliis appetitio ; aut virtus, sive externo, morbo scilicet sive interno, distorto temperamento; ut quodd carbonibus multi, carnis humana & id genus aliis delectantur.

77. Ab his actionibus propriis quia nec temperantes, nec intemperantes vulgo dicimus, Temperantia non admodum in iis versari videtur ; sed maximè circa belluinas ; & quatenus quædam ex peculiaribus istis generali aliquam cum belluinis cognationem habent.

78. Temperantia itaq; est virtus, modū prescribens in voluptatibus, quæ sensibus externis, gustu & tactu, percipiuntur, vel moderatè fruendis, vel cautè fugiendis.

79. Temperantis enim est, non solùm voluptatibus non abuti, sed ne uti quidem, si quando recta ratio id dictat. Quanquam hoc posterius officium alii Continentiæ adscribere malint.

80. Temperantia versatur vel circa Nutrimenti facultatis cupiditates ; vel circa Generantis. Quarum prior speciali nomine Frugalitas; posterior Continentia diei posse videtur.

§1. FRUGALITAS

141 DISPUTATIONES

81. *Frugalitas* est temperantia, quæ adpetitum nutritivum, juxta præscriptum rectæ rationis, in suis objectis moderatur.

82. *Objecta autem* cùm duo sint, cibus nimurum & potus : inde duæ *Frugalitatis* species vel modi resultant, *Abstinentia* & *Sobrietas*.

83. *Abstinentia*, pro naturæ indigentia, cum ratione vera, modum præscribit in cibo. *Sobrietas*, idem præstat in potu. Neque enim eadem medietas robusto convenit, & infirmo.

84. *Hæc de Temperantia. Continentia*, est mediocritas in cupiditatibus Generantis facultatis moderandis occupata.

85. Estque rursus vel communis, vel propria. *Communis*, quæ omnibus ex æquo, conjugibus nimurum & cœlibibus convenit, ut *Pudicitia. Propria*, quæ alterutris tantum, ut *Virginitas*, & *Castitas*.

86. *Pudicitia*, est quæ sensus à dictorum obscenitate factorumve turpitudine avertit ; vel, quæ non solum linguam nostram & manum moderatur, sed oculos quoque & aures ab aliorum turpibus dictis vel factis modestè avertit.

87. *Virginitas*, est continentia cœlibum, circa intacti pudoris institutum ritè servandum occupata.

88. *Castitas*, est continentia, quæ Venereas cupi-

cupiditates conjugū juxta rationis rectæ præscriptum moderatur, ut prolis procreandæ, & fornicationis vitandæ causa iis fruantur.

89. *Hac de habitibus in voluptatibus corporeis.* Circa animi voluptates Liberalitas versatur, & Honorum cupiditas. Quarum illa habentem; hæc alios spectat.

90. *Liberalitas,* est mediocritas in donatio-  
ne & acceptione pecuniaæ occupata. 4. Nic. c. 1.  
n. 2. 4. magis tamen in donatione.

91. Pecunias autē intelligimus non solū  
numismata signata : sed omnia quorum aesti-  
mationem metitur numus, 4. Nic. 1. n. 5.

92. *Liberalis* igitur erit qui virtutem eam,  
quæ ad pecuniarium usum perrinet, conse-  
cutus fuerit, 4. Nic. 1. nu. 15. 16. Videtur autem  
pecuniarum usus esse sumtus & donatio : Ac-  
ceptio verò & custodia , querentis potius,  
quam utentis.

93. Itaque hominis liberalis est, magis qui-  
bus largiendum est largiti , quam à quibus  
accipiendum est accipere, 4. Nic. 1. num. 19.  
Beatus enim est & virtutis proprium magis,  
benè mereri , quam beneficium accipere.  
ibid. nu. 20.

94. Pecunia si major fuerit, habitus qui cir-  
ca illam occupatur, Magnificentia Aristoteli  
dicitur, quæ Liberalitatem magnitudine su-  
perat, 4. Nic. 4.

94. Verum

94. Verum cum Liberalitatis non in multitudine eorum quae dantur, sed in habitu ejus qui dat, sita vis sit; nihilque prohibeat, quod minus liberalior sit qui pauciora dat, modò ex paucioribus det, *4. Nic. 4.n.15.17.* Liberalitas & Magnificentia re ipsa unus & idem videntur esse habitus; ratione tantum distingui.

95. Huc refer & Hospitalitatem, quae est Liberalitas in hospitibus indigentibus, sive noti si sint, sive ignoti, benigne non solum excipiendis, sed sponte invitatis. Debemus enim non solum hospitalares esse, sed hospitalitatem perseQUI, *Rom. 12.*

96. Ejus duo videntur esse munera, hospitalibus necessaria benignè suppeditare, & eosdem ab injurya defendere. Quorum primum ad Liberalitatem propriè: posterius ad justitiam aliquo modo referri posse videtur.

97. Hac de Liberalitate. Quæ circa voluptates honorum versatur virtus ἀγαρεύματος est. Unde fit ut duo extremi de ea tanquam loco deserto ambigant; & sàpè ambitiosum laudemus tanquam virilem, & honestatis studiosum; ἀριστόπουλον verò tanquam modestum, *4. Nic. 10.n.7.8.20.*

98. Videtur autem si cum ambitione comparetur, honoris contemptio: si cum ἀριστοπούλοις, ambitio: sed cum utraq; ἀμφοτεροῖς ratiis, *4. Nic. 10.n.14.17.18.19.*

99. Itaq;

99. Itaq; definiri potest μεσότης ἐν ταξι-  
κού, ἀράγυμα. 4. Nic. 10. n. 15. Vel Mediocritas,  
quæ honores debitos oblatis non recusat;  
negatos modestè flagitat.

100. Honores si majores fuerint, *Magnani-*  
*mitas* appellatur. Quam etsi ratione à priori  
distinctam concedimus, tamen Magnanimit-  
atem Aristotelis, qualem nimirum 4. Nic. 7.  
& 8. depingit, è virtutum familia, tanquam spu-  
riam ejiciendam, & hæreditate Ethica mul-  
tandam censemus: paucis ejus requisitis ex-  
ceptis, quæ vel ad Fortitudinem, vel ad habi-  
tum modò descriptum, sunt referenda.

101. Porrò tam Liberalitati, quam cupiditi-  
tati honorum (sic enim mediocritatem quæ in iis  
versatur, cum proprium desit nomen, appellabimus)  
dispositiones singulæ tanquam fræna, sunt  
additæ; ne vel Liberalitatis fons exhauriatur;  
vel animus humanus honoris cupidissimus  
longius evagetur, Parsimonia scilicet, & Hu-  
militas.

102. *Parsimonia*, est diligens rerum acquisi-  
tarum custodia in moderatione sumptuum non  
necessariorum sita.

103. *Humilitas*, est animi facilitas, qua quis  
submissè de seipso sentiens, aliis decéter ver-  
bis gestuq; se subjicit. Oriturq; potissimum  
ex consideratione nostræ miseriæ, quam quia  
Philosophi ignorarunt, nobilissimam hanc

K virtutem

virtutem vel neglexerunt, vel etiam inter vltia retulerunt.

104. Hæc de simplicibus virtutibus. Composite sunt, quæ ex simplicium concursu & conuen-  
tu quasi resultant, ut Justitia & Amicitia.

105. Justitia, est habitus animi compositus,  
quo ad res justas ultrò gerendas idonei red-  
dimur. s. Nic. 1. nu. 5. 6. 7. Oportet enim justum  
virum ~~de g̃ññññ~~ τὸν δικαιοντα: & quamvis im-  
punitatem injustè agendi habeat, injustè ta-  
men non agere. Plato 2. de Repub.

106. Justitia est universalis vel particula-  
ris. Universalis, quæ unicuique quod suum est  
tribuit, ex præscripto Legum. Lex autem in  
omnibus vitæ humanæ actionibus, quid se-  
quendum sit, quid fugiendum, præcipit. s.  
Nic. 3. nu. 3. id est, unicuiq; virtuti convenien-  
ter vivere jubet: & unumquodque vitium ve-  
rat. s. Nic. 5. n. 13.

107. Itaq; justitia universalis nihil aliud e-  
rit quam perfecta virtus, ut etiam Plato definis-  
t. 4. de Repub. hoc est, Perfectæ virtutis usus, ut  
Aristoteles explicat s. Nic. cap. 3. n. 17. non erga le-  
ipsum, sed ad alios & commune bonum rela-  
tus. Quo respectu observato, & cognitis reli-  
quis virtutibus; ipsa quoq; absq; ulteriori ex-  
plicatione facile cognoscetur.

108. Justitia particularis est, quæ suum uni-  
cuiq; tribuit, æqualitate ita dictante: Estque

pars

pars iustitiae universalis. s. Nic. cap. 4. n. 1. & 6. 5.  
n. 7. 8.

109. Itaq; universalis & particularis iustitia  
conveniunt in communi genere, quod ad al-  
terum referuantur: & propter hoc commune  
genus synonyma sunt. s. Nic. 4. n. 20. 21.

110. Differunt tamen, quod universalis ju-  
stitia & iustitia circa simplices virtutum &  
vitiorum species versantur. Particularis verò  
circa conjunctas: quibus nimisrum præter im-  
probitatem adjuncta est ~~πλεονεξία~~ bonorum  
externorum quorumcunque, ut puta hono-  
rum, divitiarum, aut etiam si communi ali-  
quo nomine comprehendi possunt, ut puta  
lucri vel damni. s. Nic. 4.

III. Dein Universalis præscriptum legum  
respicit, & communè bonum: Particularis  
verò æqualitatem aut inæqualitatem in lu-  
cro vel damno. s. Nic. 2. n. 5. 6. 7. 8. cap. 4. n. 22.  
cap. 5. n. 5. 6. 7.

112. Iustitia particularis Distributiva est vel  
Correctiva. *Distributiva*, quæ in omnium re-  
rum inter cives dividendarum distributione  
versatur. s. Nic. 5. n. 17. juxta proportionem  
Geometricam; ita ut personas personis, res  
rebus conferat. 6. Nic. cap. 6.

113. Itaque si personæ æquales sint, æqualia  
habebunt: si inæquales, inæqualia. s. Nic. 6. n.  
10. Secus, prælia querelæq; existunt, cum aut

K 2 æqua-

æquales non æqualia; aut non-æquales æqualia consequuntur atque obtinent. *ibidem*  
nu. 19.

114. Æqualitas autem hæc & inæqualitas à Dignitate sumitur. Dignitatem autem non eandem omnes dicunt esse, sed pro diversis formis Reipub. administrandæ aliam atque aliam. Itaq; hæc justitiæ pars in singulis proportionem & comparationem convenientem prudenter observabit. *s. Nic. 6. nu. 20. 21.*

22. 23. & 24.

115. Hæc de distributiva. *Correctiva* est, quæ in corrigendo lucro damnóve contractuum, juxta proportionem Arithmeticam, occupatur. *s. Nic. 5. & 7.*

116. Συναλλαγμata autem, sive contractus, Aristoteles vocat quamcunque conversionem, quasi dicas, communitatem quandam agendi & patiënti; non tantum inter volentes, verum etiam inter nolentes, & in iis actionibus, quæ ex delicto à Jurecons. appellari consueverunt.

117. Erit itaque hæc altera justitiæ species  
in reis auctiōnārijs, ut res disponantur; inæqualitatem ortam tollens; æqualitatem reducens.

118. Porro, ut *Correctio* legitima fiat; deportet, ut res quæ commutandæ sunt, inter se quodammodo comparari possint, & tales sint, quales sunt personæ inter se, quarum ea sunt

ea sunt opera. Nisi enim analogicè propo-  
nuntur, & sint quodammodo æquales, nulla  
erit permutatio. Hoc autem præstat usus seu  
indigentia; quæ omnia continet. s. Nic. 8. n. 25,  
29. 31. 32.

119. Nam si nulla re indigerent homines,  
aut si non æqualiter; nulla certè vel non ea-  
dem esset permutatio. Nunc verò egent. Ita-  
que permutationem instituunt. Ex indigen-  
tia igitur æqualitas rerum est metienda. s. Nic.  
8. n. 33.

120. Indigentie autem modi cùm infiniti  
sint, nec facile per se intelligantur: Nummus  
inventus est, qui indigentie quantitatem me-  
tiretur, & per consequens etiam rerum com-  
mutandarum æqualitatē certis terminis cir-  
cumscriberet; non quidem per se & sua na-  
tura, sed ex pacto & convento hominum. At-  
que ob hanc causam γομόρια vocatur à Græ-  
cis ἡ νόμος, id est, à lege. s. Nic. cap. 8. n. 34. 35,  
quod nimirum lege sit introductus, & vel im-  
mutari, vel abrogari eadem possit.

121. Ex hac justitiae doctrina Jcti suos ri-  
vulos deduxerunt. Quibus pleniorum ejus  
considerationem relinquemus, ne eis dixo γομό-  
ρη τελείων, videamur.

122. Haecen de iustitia. Amicitia est virtus, aut  
res cum virtute conjuncta, ad vitam degen-  
dam maximè necessaria: qua duo vel plures

K 3      iisdem

jisdem benevolentiae & humanitatis studiis  
sunt devin&ti. 8. Nic. cap. 1. & 2.

123. Itaq; Amicitiae prima quasi rudimenta  
Benevolentia ponit: Humanitas perficit.

124. Benevolentia, est primus veluti gradus  
amicitiae, quo alii bene voluntur. Unde & oc-  
ulta esse potest. Humanitas vero est alter gra-  
dus, quo animi benevolentiam dictis & factis  
manifeste declaramus.

125. Hi duo gradus si in agente concurrant,  
& in patiente mutuum sortiantur, amicitia  
conficitur: quae vel virtus, vel res cum virtu-  
te conjuncta dici potest.

126. Amicitia est in æ qualitate sive parilitate  
aut *irrōpōz*. 8. Nic. 7. 8. Quarum prior Socialis,  
altera Politica dici potest.

127. Socialis, est qua duo vel plures, ætate &  
moribus æquales se matuo amore, ob boni  
alicuius opinionem prosequuntur.

128. Bonum autem seu amabile cum vel per  
se & sua natura tale sit: vel per accidens & ab  
eventu: sit, ut hæc amicitia vel absoluta sit &  
perfecta: vel comparata & imperfecta. 8. Nic.  
2. & 3. cap. & item cap. 4. n. 17.

129. Perfecta est, qua viri boni, coætanei, stu-  
diis & moribus æquales, sibi invicem bona  
optant & faciunt, qua boni sunt. 8. Nic. 4. n. 1. 2.

130. Sunt autem boni, qua virtute sunt præ-  
dicti. Itaque cum propter virtutem hæc cam-  
atio

tio existat, constans est maximeq; stabilis, ac  
proin etiam optima & perfectissima. 8. Nic. 4.  
n.3.6.7.15.

131. Imperfetta amicitia est, quæ ad similitudinem prioris propter bonum non absolute  
& per se, sed quod nobis videtur, ut puta utile & jucundum, suscipitur. 8. Nic. cap. 5.  
n. 2.3.4.

132. Videntur autem senes maximè propter utile amare: juvenes verò propter jucundum. Hi enim natura avidiores sunt utilitatis, hi verò voluptatis. 8. Nic. 3. n. 14. 15. 22. Et senum maximè proprium est ζωὴ καὶ τὰ κέρδη; juvenum, γατὴ τάσθος.

133. Hec de amicitia Sociali in parilitate. Inter inæquales & εὐνπεροχή est Politica. Politiae autē ut duæ sunt communitates, ita duæ existunt amicitiae; Oeconomica & Civilis. Quarum illa Familiaritas; hæc Concordia dici potest.

134. Familiaritas, est amicitia, qua omnes ejusdem familie se mutuo amore prosequuntur, ad suæ societatis conservationem.

135. Hæc est naturalis, vel voluntaria. Naturalis, quam ipsa natura conciliat, sanguinis praesertim coniunctione.

136. Estq; vel absolute talis, ut φιλία; vel modo quodam, ut φιλία. Quæ est mutua inter conjuges, maritum scilicet & uxorem,

amatio. Hæc enim et si quodammodo consilio & voluntate suscipiatur, tamen natura illam maximè conciliat. 8. Nic. 14. n. 45. & confirmat vinculo communium liberorum, ibidem nu. 58. qui ob id pignora ( scilicet amoris ) dicuntur.

137. *Sororium*, est qua cognati se mutuo amant, qua cognati sunt. Etsi verò multiplex & multiformis videtur esse : tota tamen ex paterna & fraterna dependet. 8. Nic. cap. 14. nu. 6. 20.

138. *Paterna*, est mutua parentum & filiorum dilectio. Parentes enim filios amant tanquam aliquid sui ; & filii parentes, tanquam ab illis profecti. 8. Nic. 14. n. 7. 17. 18. 19.

139. Etsi verò excellentior deberet esse filiorum amatio, si beneficia accepta consideres ; tamen experientia dictat , parentes ferventius amare liberos. Fortassis, quia tempore superior est ipsorum amor. 8. Nic. 14. nu. 14. & generatum veluti pars est generantis ; non contrà, ibidem nu. 10. Suum autem quisque amat.

140. *Fraterna amicitia* ex *maternis* tanquam Principe deducitur : ut quemadmodum in *maternis* oīlia filii amant parentes, & contra ita etiam se se mutuo fratres & reliqui cognati propter generis & societatis suæ autores amant. 8. Nic. 14. n. 20. 21. 29. 30.

141. Sunt

140. Sunt  
141. velmine  
142. vellongius a  
143. copula feru  
144. Nic. 14. n. 31  
145. Hec d  
146. amaria, est  
147. minium &  
148. de libris  
149. amesse n  
150. Ve  
151. tura, in p  
152. rali aliqu  
153. victu co  
154. poreffū  
155. probat &  
156. netta sun  
157. H  
158. amicitia  
159. nimi ele  
160. Nic. cap. 6  
161. C  
162. autem  
163. cont. 14  
164. dñe offe  
165. cundum  
166. titutur  
167. nis est ci

141. Sunt autem horū alii, ut propinquiores, vel minus propinqui, quodd vel proprius vel longius abest eorū generis auctor & princeps: ita ferventiores & remissiores in amore.  
8. Nic. 14. n. 31. 32.

142. Hec de naturali amicitia Oeconomicā. *Voluntaria*, est *σεωπηνή*, quæ nimis inter dominum & famulos intercedit. Hanc Aristoteles in libris Oeconomicis & Politicis naturalem esse multis rationibus probare conatur.

143. Verū cùm ipsi servi ex pacto, non natura, in potestate dominorum sint: nec naturali aliqua αμιτασίᾳ, sed cōsuetudine & convictu concilietur iste amor, naturalis dici non potest; nisi fortasse, quatenus natura eum approbat & præcipit. Sed hac ratione omnia honesta sunt naturalia.

144. Hucusq; de Familiaritate. *Concordia*, est amicitia inter Magistratus & Subditos, in unaniimi electione Imperii, & obedientia sita. 9. Nic. cap. 6. nu. 1. 2. 3. & sequentibus.

### ΠΟΡΤΑ ΣΜΑΤΑ.

I. Cūm virtus habitus sit animi; Animus autem immortalis, ut Philosophus lib. 1. de ani. cont. 149. & contextu 154. ac in primis Plato in Phædone ostendit; Beatitudo, quæ animi functio secundum virtutem, vel virtutis primum constituitur, malè à Philosopho hujus vitæ terminis est circumscripta.

2. Cæterum cùm in intellectu magna sit cæcitas; in voluntate verò propter perturbationum contrariam pugnam magna deformitas; ac proinde virtutes imperfectè à nobis cognoscantur, & apprehendantur; imperfectius multò exerceantur: cōsequens est, alia via & vita ad Beatitudinem consequendum opus esse.

3. Hanc cùm Sacra scientia, sive Theologia sola monstrat; ejus tum dignitas, cùm insignis utilitas ex cognitione & collatione doctrinæ Ethicæ, perspicitur.

## ΠΡΟΣΘΜΑΤΑ.

1. Vera Philosophia ab Ecclesiæ doctrina differt dogmatibus non pugnantibus, sed tantum deficientibus.

2. Itaque si quæ in Philosophorum libris cum doctrina Ecclesiæ pugnantia occurrent; ea vel philosophica non sunt, sed hominum mendacia: vel, vera quidem sunt, sed permanent accommodata.

3. Neque enim (*ut quidam somniant*) quicquam philosophicè verum esse dici potest, quod Theologicè falsum sit: & contrà. Sed oportet τὸν τὸ δῆνδες ἀντὸντα φρεσούμενον πάντη. ut inquit Aristoteles 1. Prior. 32. τὸ μὴ τὸ δῆνδες πάντη οὐράσεται ὑπάρχει τα. τῷ δὲ Λεωφόρῳ διαφορεῖται δῆνδες. 1. Nic. 9. nu. 3. ubi igitur

DUPLEX VERITAS?

P.R.O.

Utrum fi  
rem con  
rung, studio  
logiam se co  
dip. affir

D  
DE LEG  
te Metho  
sol

SAPIE

Discus  
cum  
2. Ex  
3. Dee  
4. Lex  
rum pra  
metarū  
discrimi  
tectrix.

5. Qu  
lex leu  
natural  
quia or  
sparsis e  
Dens hi  
quodd eje  
stocles

## PROBLEMA.

Utrum filius quandoq; citra & contra parentum consensum, juris humani, aut quocunq; studio relicto, ad divinum sive Theologiam se conferre possit?

*Resp. Affirmative.*

## DISPUTATIO XX.

DE LEGE NATVRAE CONFORMATA Methodo, quam vocant, definitiva, hoc est, resolutione Definitionis legis Nature.

**S**APIENTER monet Divus Hieronymus: Discamus in terris quorum scientia nobiscum perseveret in cælo.

2. Ex eo rerum genere est lex naturæ.
3. De ea igitur συντόμως differere placet.
4. Lex naturæ est notitia certa principiorum practicorum & conclusionum inde extructarum, divinitus nobis insita, ut monstreret discrimen honestorum & turpium, & sit virtutæ reætrix.
5. Quod ad definitionem attinet, dicitur lex seu jus naturæ, quod humanis mentibus naturaliter insit. Alias appellatur jus gentium, quia omnibus hominibus latè per orbem sparvis est eadem. Alias jus divinum, eò quod Deus hujus legis sit efficiens, & jus æternum, quod eius norma sit cōstans & perpetua. Aristoteles vocat nunc δίκαιος ἐμπλογον, interdum

λόγοι

DISPUTATIONES

56. *λόγον*, interdum *ratiō*, quod sit ratio ac mens sapientis, hoc est, radius quidam divinæ justitiae in mente lucens.

6. Dicitur Notitia certa, quia normæ legis naturæ, neq; sunt opiniones ambiguæ, neq; sententiæ *ἀκατάληπτοι*, sed sunt immotæ rerum experendarum & fugiendarum *καταλήψεις*, id est, perceptiones, quas firma assensione amplecti oportet.

7. Principia practica seu actiones sunt, ex quibus ratio normæ & actionum secundum virtutem petitur,

8. Suntque duplia, videlicet incomplexa & complexa, seu simplices notiones & compositæ.

9. Simplices, ut bonum, honestum, justum, utile, experendum, fugiendum malum, turpe.

10. Compositæ, ut justa sunt experenda, injusta sunt fugienda, honesta amanda. Hujusmodi *ἀξιωμata* sunt syllogismorum practicorum prima *ἀριθμata* & materies,

11. Interdum tamen à doctis generalius definitur lex naturæ, ut sit notitia certa principiorum & contemplationis & actionis.

12. Principia *διογένη* seu contemplationis sunt ex quibus rerum scientia manat.

13. Hæc item sunt incomplexa & notiones simplices: ut unum, verum, ens, affirmatio, negatio, causa, effectus, totum, pars.

14. Ve

4. Velco  
nelle aliqui  
stuse. Que  
fifine cau  
quibus sua  
15. Princ  
num ex effi  
tis est lun  
16. Secu  
ze: si falsa  
dum vera  
expetend  
17. Te  
latione  
cōtraria  
dūm na  
turam. U  
dāta ha  
18. Pra  
ductatur  
vis fieri,  
xorem p  
quoq; v  
est prin  
conclu  
19. P  
homini  
fanorū  
Judec et

14. Vel complexa seu notiones composite: ut esse aliquid, aliquid non esse: hoc esse: aliud esse. Quodlibet aut est, aut non est. Nihil sit sine causa. Totum quodlibet est majus qualibet sua parte.

15. Principiorum certitudo cernitur primum ex efficiente, seu ex eo quod eorum notitia est lumen divinitus nobis imprestum.

16. Secundū ex contradicentium collatione: si falsa est hæc, honestum non est experendum: vera erit ejus contradicens: honesta sunt experenda.

17. Tertiū ex effectuum contrariorum collatione: honesta & justa naturam conservant: cōtraria eam destruunt. Honestā igitur secundūm naturam sunt, inhonestā verò contra naturam. Ut igitur illa natura duce sunt experēda, ita hæc ejusdem ductu sunt repudianda.

18. Practicarum conclusionum ē principiis ductarum exemplum est hoc: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Manlius non vult uxorem pluribus nubere viris. Ergo Manlius quoq; una contentus erit uxore. Hic major est principium, quod dici potest jus rationis: conclusio inde deducta, jus ratiocinationis.

19. Porrò naturæ legem à Deo mentibus hominum esse insculptam ostendit omnium sanorum hominum conscientia, quæ testis & iudex est omnium factorum.

20. Ad

20. Ad extremum, notitia hæc de qua agimus, est primum de agitacione Dei & obedientia legi debita, postea de moribus civilibus, qui referendi sunt ad hos fines, ut Deus celebretur, & natura hominum conservetur.

21. Ex naturali igitur hac notitia oritur philosophia Ethica, quæ est explicatio legis naturæ, ad benè beatæq; vivendum.

## DISPUTATIO XXI.

SYNTAGMA SVCCINCTVM

*Thesum de Virtutibus, quæ ad habentem referuntur.*

VIRTUTUM moralium aliae in perturbationibus versantur, aliae in actionibus.

2. Perturbatio vel est prima, vel non prima: prima est vehementior: non prima, sedator.

3. Prima est duplex, voluptas & dolor: hunc fortitudo; illam temperantia spe & stat.

4. Primum de fortitudine agemus, quæ ut virtutum omnium est præstantissima, ita & difficillima.

*Li. 3. Eth. c. 6.* 5. Est autem fortitudo (eaq; vera) Græcis ἀρετή, dicta, virtus potissimum in doloribus, qui ex terrore mortis bellicæ percipiuntur, occupata.

6. Neq; enim vir fortis habendus est is, qui se in perferenda paupertate, morbo, solitudine,

ne, vñraq; sine amicis, & aliquo ejus generis,  
(quæ omnia pertimescēda sunt,) imperterritum præstiterit: quanquā hanc quoq; ex quadam sermonis translatione fortē dicimus.

7. Neq; in eo mortis genere fortitudo certnitur, quod coacti perferimus, ut si quis vel in mari naufragio pereat, vel morbis conficiatur. In quónam igitur? an in pulcerrimo, quod in bello appetitur, cùm maximum in eo periculum adeatur, ita ut fortī potiūs ejusmodi mors, quām fuga sit eligenda?

8. Tum illos quoq; è numero virorum fortium excludimus, qui non honestatis causa, sed evitandi mali gratiā, quod magno animo sustinere nequeunt, sibi ipsis manus violentas inferunt: quoniam hoc non est viri fortis, sed ignavi potiūs.

9. Extrema vitiosa fortitudinis sunt audacia, quæ modum superat, & ignavia, quæ eundem deserit.

10. Audacia, Græcis *Sάρπος* est vitium, quo magis, quām par est, in rebus formidolosis præfidimus.

11. Ignavia, sive timiditas, Græcis, φίλος appellata, est vitium, quo quis omni spe destitutus quodvis horribile pertimescit.

12. Fortitudo fucata est, quæ fictè veram fortitudinem imitatur. Ejus numerantur 5. species, quas Στότεμως sic explicamus.

13. Non

Cap. 2.

Cap. 3.

Cap. 4.

13. Non vera fortitudo est vel rationis particeps, vel rationis expers. Rationis particeps est, cum considerate veram fortitudinem simulamur.

14. Illa est vel libera, vel servilis. Libera est, cum quis liberè & ingenuè periculosa subit.

15. Estq; duplex, civilis, & militaris. Civilis, seu politica est, cum cives pœnis, atque ignominia impulsi, vel spe præmiorum incitat pericula adire coguntur: atq; hæc quidem à vera ac genuina illa fortitudine non multum dissidere videtur.

16. Militaris est, cum nimia confidentia viætorie, & inani militaris rei scientia pugnatur.

17. Servilis est eorum, qui metu, vel spe luxuri adducti, fortes esse coguntur.

18. Sequitur jam fortitudo rationis expers. Fortitudo rationis expers est, cum inconsideratè in pericula ruimus.

19. Hujus duo sunt genera: naturale, & fortuitum. Naturale est illorum, qui ira, vel cupiditate concitati, tanquam beluae in eos irruunt, qui vulnerarunt.

20. Nam nec hi viri fortis munere funguntur. Quamprimum enim se spe sua decidisse sentiunt, de fuga sibi consulunt, quod in vicium fortem minimè cadere debet.

21. Itaque virtus fortioris esse videtur, in repentinis terroribus sese impavidum, minime

meq; perturbatū præbere, quām in prævīs.

22. Fortitum fortitudinis adulterinæ genus est eorum, qui ignoratione quadam in discrimina sese præcipitant: quod Argivis accidit, qui in Lacedæmonios, quos Sicyonios putabant, inciderunt.

23. Præstat tamen civilis fortitudo militari. Nam milites, cùm copiis, apparatuq; bellico inferiores se esse vident, terga vertunt, mortem pejus turpitudine reformidantēs: at civiles copiæ honoris studio, probriq; fuga pugnantes occidunt.

24. Verum enim verò ne falsa illa fortitudine egregiam illam doctrinam veræ fortitudinis terminemus, ad veram illam redreas-  
mus. Fortitudinis veræ finis, ut & omnium re-  
liquarum virtutum, dulcis, minimeque molestus est.

Cap. 3.

25. Non enim graves, atq; molestæ actio-  
nes gravem continuo, ac molestam efficiunt  
fortitudinem.

26. An non pugilibus iactus, & verbera, o-  
mnis deniq; labor molestus est? finis tamen  
eius causā in arenam descenderunt, gratus  
est, ut corona, & honores.

27. Fortitudo explicata est, sequitur Tem-  
perantia. Temperantia, Græcè οὐρανίη, est  
virtus, qua tactus & gustatus voluptates mo-  
lestatur.

Cap. 12.

L

18. Tactus

## 182 DISPUTATIONES

28. Tactus voluptatem efficit vel in cibis,  
vel in rebus Venereis.

29. Cibi aut sunt esculenta, aut poculenta.

30. Non enim qui iis rebus gaudent, quæ  
aspetto, auditu, odoratuq; sentiuntur, ut pi-  
etatis, cantilenis, unguentis, propriè tempe-  
rantes, intemperantesve nominandi sunt.

**Cap. II.** 31. Cæterum cupiditatum alia communes  
sunt, & insitæ, alia propriae, & adventitiz.  
Communes dicuntur, quæ omnibus homini-  
bus à natura insitæ sunt, vel propter conser-  
vationem individui, ut cupiditas alimenti sic-  
ci pariter, ac humidi: vel propter conservatio-  
nem speciei humanæ, ut appetitio Venetis.

32. Propriae sunt, cum aliis alia alimenta, alli  
aliam Venerem expetunt.

33. Extrema vitiosa sunt, intemperantia, &  
stupor, sive stupiditas. Intemperantia, Græcè  
*ἀναλασία*, est vitium, quo voluptates, tactus, &  
gustatus, sive cupiditates illicitas se etiamur.

34. Qui modum excedunt in communibus  
cupiditatibus alimenti, & rei Venerei, Gra-  
co vocabulo appellantur *περιπλυξοι*, id est,  
ventri ad insaniam usq; indulgentes.

35. Stupor est vitium, quo nimis superfl-  
uose licitas voluptates, tactus, & gustatus fu-  
gimus.

36. In excessu gravius, & frequentius: in de-  
fectu levius ac rarius offendimus.

37. Hinc

Hinc  
opponatur d  
voluptatibus  
dein: an a  
diss, & tem  
& temperan  
veritatione  
tes, quæ do  
mabsente  
lisper se, b  
occupati  
38. Ex  
ctarium  
se timidi  
volunta  
39. Et  
tem adhi  
ctionib  
sufficien  
tus, qu  
ve sedar  
40. S  
quoda  
sum  
41. H  
vel mea  
in medi  
42. M  
pitur; v

37. Hinc oritur quæstio: Cùm voluptas  
opponatur dolor, ideoque temperantia ut in  
voluptatibus, sic etiam in doloribus verti vi-  
deatur: an non idem erit objectum fortitu-  
dinis, & temperantiae? Respondeo, fortem  
& temperantem in doloribus versari, sed di-  
versa ratione. Nam vir fortis circa res præsen-  
tes, quæ dolorem afferunt: temperans circa  
res absentes, quæ voluptatem ingerunt, & il-  
le per se, hic verò per accidens circa dolores  
occupatur.

38. Ex modò dictis tandem hoc est conse-  
cuarium: intemperantiam turpius vitium ef-  
fet timiditate. Videtur enim magis sponte, ac  
voluntate suscipi.

Cap. II.

39. Et hæc de virtutibus, quæ mediocri-  
tem adhibent, in perturbationibus, & affe-  
ctionibus primis & vehementioribus, dicta  
sufficient: reliquum est, ut & de iis differa-  
mus, quæ in perturbationibus non primis, si-  
ve sedationibus consistunt.

40. Sunt autem ejusmodi perturbationes,  
quod ad nostrum propositum attinet, potissi-  
mum duæ: honoris appetitio, & ira.

41. Honor, qui appetitur, vel magnus est,  
vel mediocris. In magno magnitudo animi:  
in mediocri modestia elucet.

42. Magnitudo animi duobus modis acci-  
pitur: vel generatim, & sic etiam in objectis

Lib. 46. 3.  
L 2 reliqua-

reliquarum virtutum versatur: vel speciatim;  
& sic propriè consistit in honoribus magnis:

43. Magnitudo igitur animi; Græcis μεγάλη, propriè intellecta, est virtus, qua prædicti honore magnum attemperare possumus.

44. Attemperat autem honorem is, qui magna se mererit existimat; idque pro eo, ac meretur.

45. Honore digni revera censemur illi, qui virtute, non qui bonis fortunæ, ut divitias, genere, excellunt;

46. Officia viri magnanimi sunt aut interna, aut externa. Interna sunt decorè honores appetere, egregiè in illis delatis se gerere, aut tam popularem non aucupari, res stas non jactare, rebus secutidis non efferti, adversis non deprimi, non recordari injurias, assentatorum lenociniis non capi, solum veritatem in omnibus actionibus spectare.

47. Externa sunt, ut sit in magnanimi viri incessu quædam maiestas, in voce gravitas, in oratione firmitas, & constantia.

48. Extrêmea vitia sunt, elatio animi, & abjectio mentis, quæ vulgo pusillanimitas dicitur. Elatio animi, sive superbia, Græcè υπερβολή, est vitium, quo quis quasi dignus sit, res honoratas sibi falso tribuit.

49. Abjectione mentis, Græcè μικρούχος, id est, angustus paryusque animus, est vitium, quo

qui

qui effectus eo honore, quo dignus est, se indignum esse arbitratur.

50. Modestia est virtus in mediocribus honoribus occupata. *Cap. 9.*

51. Ejus extrema yitia sunt ambitio, & honoris contemptio. Ambitio, Græcè ἀριστοποίησις, est vitium, quo quis inconciunc mediocres honores appetit.

52. Honores enim appetere licet, modò prioris status nostri habeatur ratio, & Reip. solius causa fiat petitio.

53. Contemptio honoris, Græcè ἀριστοποίησις, est vitium, cum nullo honoris mediocris studio ducimur.

54. Succedit mansuetudo, quæ ad iram refertur. Mansuetudo, Græcis τερπαθεῖσις, est virtus, quæ in ira frenanda dominatur. *Cap. 9.*

55. Natura hominis mansueti, & lenis in 4. consistit. Primò à perturbationibus iræ & odii se trahi non patitur : deinde ad ulciscendum non est propensus : tum raro, nec nisi ob justas causas irascitur ; ultimò nemini injuriā infert.

56. Nimium iracundia, parum lentitudo dicitur. Iracundia, Græcè ὕερηλόθησις, est vitium, cum ob injustas causas irascimur.

57. Eaq; est vel amaritudo, vel saevitia. Amaritudo est iracundia cum spe placationis conjuncta.

58. Et est duplex excandescencia & acerbitas. Excandescencia est eorum, qui celeriter irascuntur, & vehementius, quam oportet, sed irascendi finem citè faciunt: Græcè ἀρπάγοι à summa bilis concitatione sunrappellati, & hæc etiam propriè iracundia dicitur.

59. Acerbitas est eorum, qui propemodum sunt implacabiles, & diu iram continent: Græcis αἰχμόγοι dicuntur.

60. Sævitia est eorum, qui nunquam placentur, nisi injuriam ulti sint: χαλεποὶ Græcis vocantur.

61. Mansuetudini autem magis opponitur iracundia, quam lentitudo.

62. Lentitudo autem Græcè ἀσθνεῖα, est vivium, cum vel ob justas causas non irascimur: quare & stolidus omnisq; sensus expers esse videtur, qui ejusmodi vitio laborat.

63. Hactenus de virtutibus differuimus, quæ affectiones frænant: sequuntur jam virtutes, quæ in actionibus cernuntur.

64. Actiones vel sunt decentes & decoræ, vel sunt necessariae.

65. Decentes & decoræ actiones sunt, quæ honestè, non tamen necessariò desiderantur. Eæq; versantur vel in danda pecunia, vel in sermone.

66. Pecunia vel est mediocris, vel magna. Ad pecuniam mediocrem liberalitas: magnam

gum verd  
67. Liber  
nitus, mag  
du quām ac  
68. Pecu  
mnes, qua  
gas.  
69. Offi  
teleparti  
munia sun  
70. Pr  
fibi bene  
& circu  
re, om  
ficien  
fibres  
71. N  
donant  
visita e  
72. E  
ria, &  
elviti  
dimus  
73. I  
eorum  
cipien  
præter  
nis suis  
& nefas



gnam verò magnificentia respectum habet.

67. Liberalitas igitur, Græcè ἀλεξις, est virtus, magis in pecuniis mediocribus dan- dis, quam accipiendis occupata.

68. Pecunias autem appellamus eas res o- mnes, quarum estimationem metitur num- mus.

69. Officia liberalis recensentur ab Aristotele partim communia, partim propria. Com- munia sunt, ut dare & accipere.

70. Propria verò, ut raro accipere, multos sibi beneficiis devinctos habere, prudenter & circumspectè rem familiarem administra- re, omnes divitias contemnere, nisi ad bene- ficientiam exercendam, plura dare, ac minora sibi reservare, eaq; omnia pro facultatibus.

71. Non enim in multitudine rerum, quæ donantur, sed donantis habitu liberalitatis vis sita est.

72. Extrema vitia sunt, profusio seu luxu- ria, & illiberalitas. Profusio, Græcè ἀστία, est vitium, cùm pecuniam dishonestè profun- dimus.

73. Prodigorum duo sunt genera: unum eorum, qui in dando modū exuperant: in ac- cipiendo verò deserunt: alterum eorum, qui præter hæc alia vitia habent conjuncta, ut bo- nis suis dilapidatis, quacunq; ratione per fas & nefas, ut ajunt, rem faciant, scortentur, hel-

DISPUTATIONES

163  
lueruntur, &c. hi impropriè, illi propriè prodigorum nomen sortiti sunt.

74. Illiberalitas, Græcè ἀνελαστικία, est visum, cùm nimio pecuniarū studio tenemur.

75. Illiberalitas aut est perfecta, aut imperfecta. Illiberalitas perfecta est, quæ & in donationis defectione, & acceptionis exuperantia simul consistit.

76. Illiberalitas imperfecta sive sejuncta est, cui alterutra harum duntaxat competit.

77. Estq; duplex: quædam enim est eorum, qui solum dant infra modum: in eos quadratales appellationes, verbi gratiâ: parci, sordidi, tenaces.

78. Quædam est eorum, qui in accipiendo sunt nimir, & sine religione, nulloque discrimine undiq; corradunt, ut sunt lenones, sceneratores, aleatores, grallatores, latrones, & quicunq; sunt αἰχμοπόδες, id est, turpi lucro dediti.

79. Liberalitati magis adversatur illiberalitas sive avaricia, quam profusio.

80. Avarus siquidem prodigo est deterior: cùm prodigus largiendo prosit multis, avarus nemini.

Cap. 2. 81. Magnificētia, quam μελαλογέτης Græci dicunt, est virtus in amplis, & honorificis sumptibus mediocritatem querens.

82. Magnifici officia sunt, magnos sumptus concin-

poncinnè facere, ut fiat & sumptus opere, &  
opus sumptu dignum : subtilius rationes non  
subducere, & omnia ad calculum revocare,  
sed magis spectare, quomodo opus quam  
pulcerimum, & maximè decorum efficiatur.  
83. Magnificus igitur pauper esse non po-  
test,

84. Porro magnifici sumptus aut publici  
sunt, ut in templis, monumentisq; extruen-  
dis : aut privati, ut in nuptiis, hospitum suscep-  
tionibus, & aliis.

85. Notetur, in hac virtute præcipue perso-  
na rationem habendam esse.

86. Non enim cuilibet ejusmodi sumptus  
convenient: sed virtis claris, vel genere, vel vir-  
tute, qui opes magnas vel hereditario jure  
possident, vel eas virtute sua compararunt.

87. Opposita vitia sunt, elegantiæ inscitia,  
sive immanis profusio, & indecora parsimo-  
nia. Elegantiæ inscitia, Græcè dicitur *ἀπεργατικὴ καὶ βαραντία*, est vitium operariæ cu-  
pidam in sumptu faciendo insolentia: sic Cleo-  
patra Antonio totam Ægyptum uno haustu  
propinasse scribitur.

88. Indecora parsimonia, Græcè *μηχοπε-*  
*τητία*, est, cùm quis sumptus magnos, ubi de-  
cet, aut omnino non facit, aut procrastinans  
& cunctabundus facit: sic Midas inhiavit pe-  
culiæ, ut inedia confectus perierit.

89. Atque hæc duo extrema quamvis vitia sint, in reprehensionem tamen non incurunt, id est, nullam turpitudinis, seu dedecoris notam inurunt, ut rectè id interpretatur Lambinus.

90. Jam de virtutibus, quæ in sermone vertuntur, agamus.

91. Sermo aut debet esse verus, aut jucundus. In vero sermone sita est veracitas.

*Cap. 7.* 92. Veracitas, Græcè ἀληθεία, est virtus, qua quis verum sive affirmando sive negando, omnī remota simulatione, & dissimulatione, constanter dicit.

93. Hæc virtus rara est: (unde sunt veteres illi rhythmī:

*Multis annis iam transactio,  
Nulla fides est in pacis,  
Mel in ore, verba laetis,  
Fel in corde, fraus in factis.)*

94. Veritatem autem non eam intelligimus, quam contractus & pactiones sibi vendicant: sed eam, quam quis iis in rebus, in quibus nihil refert, utrum sit ejusmodi, necne, colit, tum in oratione, tum in vita, eo ipso quod talianimi habitu sit ornatus.

95. Excessus arrogantia: defectus dissimulatio vocatur. Arrogantia, Græcè ἀρρενεία, est vitium, quo quis res magnas sibi sumit, cùm non insint.

96. Diffi-

96. Dissimulatio, Græcè *εἰρωνεία*, est vitium, cùm quis ea, quæ habet, vel omnino negat inselē, vel attenuat.

97. Dissimulatorum duo sunt genera : alterum eorum, qui omnia glorioſa deſe ne-gant : alterum eorum, qui res parvas, & in promptu positas dissimulant : qui *βαυχοταρεῖς*. *γιά* Græcis appellantur, quos glorioſos veteratores nominemus licet, in quo genere ſapè arrogantia appetit.

98. Nā ejusmodi dissimulatio ratione materiæ ſemper eſt defectio : ratione vero perſonæ eſt fraudulenta intentio, ſeu arrogantia.

99. Cæterū horum unumquodque po-tet fieri vel alicujus, vel nullius gratia, id eſt, non ob ulteriorem finem. Qui nullius gratia id, de quo diximus, faciunt, propriè ſunt, aut veraces, aut arrogantes, aut diſſi-mulatores.

100. Quivero aliqua cauſa externa permo-ti, ut gloriæ aut lucri cupiditate, id agunt, ma-gis id videntur facere ob cauſam illam, quam habitum vel mentiendi, vel vera dicendi.

101. Quæritur an mentiri liceat. Respon-detur licere, ſed cum diſtinzione.

102. Nam in mendaci intenſio mentis vel damnum alterius machinatur, & ſic non li-cepit : vel uſum vitæ ſpectat, & ſic adhibitis qui-busdam cautelis licet.

103. Secundus

## DISPUTATIONES

103. Sermo jucundus aut est amicus, aut urbanus: hic in ludis & joco: ille in congreſſionibus adhibetur: in illo affabilitas: in hoc comitas conspicitur. Affabilitas, Græcè φιλαστρία, est virtus, qua vir bonus ea omnia quæ probanda, & ut probanda sunt, probabit, offendit, r̄q; contrarii.

Cap. 6.

104. Quanquam enim viri humani maximè proprium videtur, ne quempiam offendat, aut ut deleſt̄ potius: eos tamen, quos delectare erit ipſi inhonestum, aut damnum, improbabit.

105. Hæc virtus ad amicitia similitudinem proximè videtur accedere: eo tamen differt ab amicitia, quod animi motum, amorisq; effectum in eos, quibuscum versamur, non habet.

106. Excessum assentationem, defectum contentionem nuncupant. Assentatio, Græcè κολαχεία, est vitium, quo quis laudat omnia, nullaq; in re aduersatur.

107. Estq; vel assentatio speciatim sic dicta, vel adulatio. Assentatio nominatim sic appellata est assentatio, cùm quis sola delectandi causa probat omnia.

108. Adulatio est assentatio, cùm quis neminem offendit, ut aliquam inde utilitatem capiat: quæ vel in pecunia, vel in iis rebus, quæ pecunia estimantur, posita est.

109. Con-

109. Contentio, Græcè συκολία, est vitium, cùm quis omnibus offenditur: hinc morosí, & in contentionibus pugnaces dicuntur, qui omni in re adverfantur.

110. Hæc de affabilitate. Comitás, Græcè Καπ. & ἐλεγχεία, est virtus, qua decorum in jocis & ludis observamus.

111. Qui in jucundioribus amicorum contingenib[us] civiliter & concinnè jocari, & jocantes rufus civiliter audire, & excipere possunt; in se dicta vel comiter eludendo, vel etiam falsè retorquentio; hi comes seu facili censentur.

112. Extrema vitia sunt scurrilitas, & rusticitas. Scurrilitas, Græcè βρυτολόγια, est vitium, quo homines risu movendo ultra modum prodeunt: qui illa ridicolorum incredibili cupiditate afficiuntur; scurræ dicuntur, & vindicentur esse odiosi homines, ac penè dicam intolerabiles.

113. Rusticitas, Græcè ἀργοντία, est vitium, quo quis infectus ab omni festivitate sic abhorret, ut nulla ludorum vel jocorum suavitate deliniri possit.

114. Per ludum autem & jocum intelligimus omnes actiones delectabiles, ut in stadio contendere, hymnös, & Psalmos in triumpho cantare; citharis, psalteriis, aliisq; id genus rebus animos testificere.

iij. Capit.

115. Cantus itaq; sp̄onuſ seu Venereos, jaſtus alearum, & omnes alios illiberales ludos, & obſcēnos jocos ex numero rerum delectabilium removemus.

116. De cantu Veneris, & jaſtu alearū prodidit memorīæ Plato, iis neminem recte posſe uti.

117. Comœdias ac tragœdias, quæ sunt ludiscenici, agere licitum est.

118. Memoriam enim antiquorum temporum repræsentant: multiplicem rerum ſcientiam comprehendunt: magna experientia nos exortant: vim vocis, gestus & affectus probè depingunt.

119. Non enim absolute contra omnes antiquitas disputavit ludos scenicos, sed contra illos demum, qui in honorem Idolorum celebriati fuerunt. Alii dicunt patres non uſum, ſed ludorum abuſum oppugnaſſe.

120. Expositis modò virtutibus vicina videatur verecundia: ſed propriè virtus non eſt. Eſt enim affectus, quo perculsi timemus notam infamia, & dedecoris.

121. Hactenus de actionibus decentibus necessariae reliquæ ſunt: quæ omnino ad humanam ſocietatem tuendam requiruntur, in quibus iuſtitia elaborat. In ejus latè patente & quore alii currere fas eſto.

Hic noſtrā teneat ancorā jaſta ratem.

Dispu-

## DISPUTATIO XXII.

## DE JUSTITIA.

**U**NICUM præceptum humanæ societatis videtur esse hoc: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Quod in omnes usus se extendens, vel ab ipso Christo nobis confirmatum & commendatum est.

2. Aureum autem illud præceptum ad *justitiam* pertinet: in cuius quidem unius pectore omnes reliquæ virtutes, tam moris quam mentis, non aliter quam sydera in cœlo lument. Quare de ea diatribe nostra esto.
3. *Justitiae* acceptiones ab Aristotele in ethicas lib. 5. cap. 1. duas insinuantur: altera *communis* & *absoluta*: altera *particularis* & *comparata*.
4. *Justitia* *recta* seu *communis*, est virtus quæ ex præscripto legum omnia facit.
5. Et hæc virtus non est distincta à cæteris virtutibus: sed est omnis virtus; de qua etiam vulgo dicitur ex Theognide, *Justitia in se* virtutes continet omnes.
6. *Justitia* *recta* *per se*, id est, *particularis*, est *Justitia* æ qualitatæ analogica suum cuique tribuens.
7. Hoc modo accepta *Justitia*, est virtus distincta à cæteris: habet enim propriam materiam in qua versatur, & virtus utrinque repugnantia, quibus opponitur.

8. Materia

8. Materia est res civilis alteri ab altero debita: virtutum oppositum est *Injustitia*, tum ejus quod est nimium, tum ejus quod est patum.

9. Inter quæ medium est *modus*, id est, æqualitas:

10. Cujus forma est ipsa *Analogia* seu proportionis; eaq; *Arithmetica* & *Geometrica*:

11. Arithmetica proportio est æqualitas differentiarum, hoc est, in qua idem est utrobiq; excessus: sed diversa ratio, ut 12. ad 8: sic 6. ad 2.

12. Geometrica proportio est rationum æqualitas, hoc est, in qua eadem est utrobiq; ratio, excessus vero diversi, ut 6. ad 12: sic se habent 4. ad 8.

13. Utraq; verò cum sit duplex, Continua & Disjuncta, hic Disjunctam ponimus.

14. Cumq; ea in quatuor ad minimum terminis consistat, iisq; bis binis homogeneis: haec etiam virtus duas res, quæ dantur, duasq; personas quibus dantur, considerat.

15. Ex hac igitur duplicitate Analogiae forma, ut & subiecto, *Justitia particularis* dividitur in *Commutantem* & *Distributivam*.

16. *Justitia commutans*; est virtus quæ in commutatione rerum servat æqualitatem, proportione Arithmetica.

17. Estq; medium *equitas* & *modus*:

18. Quæ appellations sumptuæ sunt à contractu:

ATIONIS  
illis alteri ab aliis  
in eis quod est in  
am est in loco, id  
et ipsa Analogia  
a & Generatio  
ropotio ei in  
est, in qua id  
diferentia, m  
opinio etiam  
na eadem est in  
eis, ut & ad i

in duplo Com  
tempore  
ad fulminan  
suos Recepto  
res, que dantur  
ut, consider  
placis Analog  
a particulari  
tutivitatem.  
tancas, est vitt  
a derivat ex  
rica  
sive ex aliis  
terfumptu

TRACTIBUS (est hoc de rebus communibus) voluntariis.

## ETHICA.

177

19. Contractuum enim alii sunt voluntarii, ut venditio, Emptio Mutuum, Sponsio, Locatum, Depositum, Conducum.
20. Alii sunt non voluntarii, & sunt aut clandestini, ut sunt Furti, adulterii, Veneficii, Lenocinii, servorum sollicitationis, ex-dis dolo factae, falsi testimonii.
21. Aut violenti, ut sunt vinculorum, mortis, rapinae, membrorum debilitationis, convitii, contumeliae.
22. Justitia Distribuens, est virtus quae de publicis communibusq; bonis secundum proportionem Geometrica, suum cuiq; tribuit.
23. Hunc siquidem reipublice statum Plato dixit esse opimum, qui sit constitutus Geometrica proportione, qua personarum gradus κατ' αξιαν constituantur.
24. Sicut Correctiva æquale exigit αειθυντως, ut in damnis fiat rerum æstimatio & compensatio.
25. Unde Judex, qui illam inæqualitatem ad æqualitatem reducere per damnum, detrahendo alterilucrum, conatur, Græcis δικασίαι, quasi δικασίαι dicitur, & δικαιον ὅν δικαστη.
26. Quare τὸν πεντεροῦ, de quo est illud vetus: Εἰς τὰδε τὰ καὶ ἐπεξεῖλη τὸ ιδεῖα γένοτο, non simpliciter justum est.

M

27. Neq;

27. Neque enim cùm magistratus aliquem pulsaverit, is vicissim est pulsandus : at qui magistratum pulsaverit; non solum pulsandus, sed & suppicio est afficiendus. Neq; semper fieri potest commutatio rerum duarum simpliciter equalium, aut eadem reddi pro ille-  
dem possunt.

28. Sed fit secundùm proportionem : si vi-  
delicet mediis transversis lineis termini, quo-  
rum proportio esse eadem debet, conju-  
gantur, ut:

Architectus  Calceus  
Domus  Sutor.

29. Ea igitur quæ permutanda sunt, cùm oporteat inter se quodammodo comparari: Comparatio autem fieri non possit, nisi ad aliquid tertium, oportet hoc esse tale, ut ce-  
teras res omnes metiarur.

30. Quale est Indigentia & Nummus.

31. Et illa quidem per se: nam si nulla ree-  
gerent homines, aut si non similiter; nulla,  
vel non eadem esset permutatio.

32. Indigentia igitur vel major vel minor  
pro majore minorére copia gradus precii  
constituit, & res ad æqualitatem redigunt.

33. Per accidens, Nummu ipse: nam cùm  
Indigentiae modi sint infiniti, nec facilè per  
se intelligantur; Nummus inventus est, qui  
indigentiae quantitatē metietur, & per con-  
sequens

sequens commutandarum rerum æqualitatem certis terminis circumferat, beret.

34. Est igitur Numerus tanquam vicarius indigentie; non quidem ex sua natura, sed ~~xarà oīrSñlu~~, id est, ex pacto & conventione hominum.

35. Ut sic mensura omnium rerum; quia res omnes estimatione æquales reddit, quam commensuratas.

### DISPUTATIO XXIII.

#### DE JURE SCRIPTO ET aquitate.

**S**icut è lapidum collisione ignis, sic ex disputationibus elicetur veritas.

2. Itaq; de sequentibus statim nobis fas esto.

3. Äquum & bonum, seu æquum bonū, seu ~~Etiamēs~~, seu ~~enīza~~ & jus scriptū, an idem sint, in scholis Philosophorum nuliter queritur.

4. Utile est quoq; de hoc è ~~noīvō~~ Ente: An iuris scripti potior quam æquitatis ratio habenda sit?

5. Respondemus de primo: Genere æquitatem & jus scriptum convenire: utrumque enim & jus & bonum est.

6. Specie vero differre, quod æquis le-  
gum generalium rigorem, in quibusdam fa-  
ctorum speciebus corrigit & temperat.

M 2 7. Negat.

7. Neq; verò hoc ita accipiendum, quod  
γέγονον δικαιον, scriptū jus ad eō iniqua con-  
tineat, ut correctione indigeat.

8. Hoc enim cùm καθόλη (universaliter) lo-  
quatur, & actiones nostræ sint ferè infinitæ,  
ut singulæ eo comprehendendi nequeant: inde  
ad eō sit, ut si singularibus quibusdam actio-  
num generibus (vulgò casus vocant) accom-  
modetur, de quibus ipsum locutum non est,  
nimis rigidum videatur, & iniqua pronun-  
ciare, ideoq; de eo quod sit διὰ τὸ πολὺ loqui,  
id est, plerunq; seu ut plurimum, intelligen-  
dum sit.

9. Cùm igitur factum aliquod se obtulerit,  
de quo lex præcipue non loquitur, vel  
quod non complectitur: ὄντεις, estimatis  
tum illius facti ~~περιστώσις~~ (circumstantiis) cum  
νομίστρος (legilatoris) mente & consilio, quo  
legem tulit, congruenter applicat legem ad  
factum, vel defectum istum ita supplet, ac de  
præsenti facti genere ita pronunciat, ut si ipse  
νομίστρος adesset, de non aliter pronuncia-  
ret, imo de quo tulisse legem, si tale quide-  
venturum antè vidisse.

10. Hinc ὄντεις definitur esse emendatio  
vel mitigatio quædam legis, qua parte ipsa  
deficit, propterea quod generaliter loquitur.  
Verba Aristotelis sunt: ὄντεις δὲ εἰπεῖσθαι  
Ἐρόμενος εἶλαντις διὰ τὴν σύνταξιν. Ethic. cap. v  
Et

Et Εγεανίνη λόγος ελλειμma sive supplementum, i. Rhetor.

11. Et ὁ μέχαις dicitur etiam ille, qui ad hujus-modi legum mitigationem est propensus, nec durior juris interpres.

12. Ex his patet, δικαιοσύνη spectare τὴν διάβολον, id est, voluntatem & mentem legis, non τὸ ἀπόλογον & τὸ ἄντερ seu rigorem verborum, ut sonant.

13. De altero respondemus: in juris & equitatis contentionе hujus priorem rationem habendam,

14. Vir enim æquus bonus, qui de jure suo cedit, melior judicatur eo, qui jus suum urget inhumaniter.

15. Huc accedit quodd homines sumus, & quidem politicæ societatis amatores: leges igitur humaniter & δικαιος accipiamus.

16. Ac quidem δικαιοσύνη approbat regulas Jurisconsultorum autoritates.

1. Tam ex lege est quod venit ex mente ejus, quam quod ex verbis, l. nominis 6. l. contra 29, de verb. sign.

2. In legem committit, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem, l. non dubium, C. de legib;

3. Ubiq; ex verbis simpliciter intellegit resultaret iniquitas, tum à verbis recedunt, & mens servatur.

4. Cùm verba legis sensum durum patiuntur, non ab illis, sed a mente legis standum.

5. Verba ad intellectum possibilem sunt referenda.

6. Benignius leges interpretandæ sunt, quod voluntas earum conservetur, Celi. in l. Benignius 18. D. de legib.

17. Sed age, exemplo assertio nostra illustretur: Adoptivi post emancipationem amittunt nomen liberorum. Tu filiam, quæ fuit à te adoptata, in animo habes ducere post emancipationem, licéne?

18. Per ius sancè licet, quia persona emancipata intelligitur extranca.

19. At p. æquitatē non licet, ut quam pro filia antè habueris, in posterum ducas uxorem, ne eadem uxor & filia esse videatur.

20. Utrius igitur potior ratio habenda, legi sine an. æquitatis? Profectò æquitatis.

21. Majorem enim pudoris, quam ejus quod licet, rationem habere decet: nec tamen quid licet, quam quid honestum sit, spectandum est.

DISPUTATIO XXIIII.  
DE CAVSIS VIRTUTIVM.

**U**T causarum omnium rerum: ita in primis virtutis ejus, quæ moralis dicitur, difficultas est investigatio.

Qua

2. Quod autem difficilior investigatio, et res obscurior & præstantior ferè, ejusque perceptio jucundior & suavior.
3. Est autem Virtus moralis, definiente Aristotele libro 2. c. 7. ἔξι πράγματα τὸν μεσότηταν τῆς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῦ θερμού αἰώνα φέρουμενοι δέοντα.
4. In virtute considerantur tum causæ ejus cum objecto, tum quæ eam consequuntur effecta.
5. Efficientes, vel principales sunt vel adjuvantes.
6. Efficientes principales sunt, quæ primas obtinent in cienda actione honesta.
7. Estq; propinqua vel remota.
8. Remotæ sunt intellectus & voluntas.
9. Intellectus est causa efficiens virtutis remota, quæ rem percipit, perceptamq; honestam vel in honestatā, bonam vel malā judicat.
10. Voluntas altera efficens remota est, quæ rem ab intellectu perceptam & judicatam appetit, vel sequendo si bona sit, vel fugiendo si mala, prout recta ratio monstrat.
11. Propinqua causa est electio, qua discussu mentis voluntario eligitur res una præ alia, quam praxis consequitur.
12. Praxis est rerum à nobis liberatarum, & certo animi iudicio probatarum exsecutio, quatenus ea nobis concessa est.

13. Hæc sunt quæ Aristoteles in virtute prædicto operante requirit s. Ethic. c. 4. primum ut sciens, deinde ut volens habito delectu, eligensq; illud, quod bonum est, agat: Tum ut firmè constanterq;, quod agit, faciat.

14. Recta namq; ratio promptaq; voluntas in actionibus semper indissolubili nexus sunt conjugenda.

15. Unde Arist. lib. 6. c. 2. electionem definit vel intelligentem appetitionem, vel appetentem intelligentiam.

16. Estigitur ~~accusatio~~ moralis virtus, quia voluntas nostra secum semper habere debet gaudia, id est, consultationem, meditacionem, & cogitationem, id est, electionem eorum, quæ sunt in nostra potestate.

17. Cæterum differt tūm electio à deliberatione, tūm voluntas ab utraq;

18. Electionis & deliberationis differentia est in materia, quæ hujus quidem incerta est; de qua consultando queritur: Illius vero certa & manifesta.

19. Est enim id quod jam decretum, & in deliberando cæteris prælatum est.

20. Hinc Græcis ~~accusatio~~, quasi ~~accusatio~~ dicitur.

21. Ab utraq; voluntas differt, quia est ipsius boni solùm, quod voluntati subjicitur, seu finis: deliberatio vero & electio mediorum tantum.

22. Plus

22. Plures rāmen sunt voluntatis ab electi-  
one differendi modi : Animalia siquidem &  
pueri volunt quidem, sed non eligunt, ut ita  
voluntas electione sit latior.
23. Sic impossibilia, & quæ in nostra pote-  
state sita non sunt, possumus velle, eligimus  
autem minimè, teste Aristotele lib. 3. c. 2.
24. Causæ adjuvantes sunt cum homine na-  
tæ: vel extrinsecus ei accedunt.
25. Innascitur naturalis impetus, quo aptus  
est solus homo, ut possit assuefieri ad virtu-  
tem exercendam, ejusque habitum percipi-  
endum.
26. Extrinsecus accedunt doctrina & disci-  
plina.
27. Doctrina tūm voce viva, tūm literis cō-  
stat: illa præceptorum est, hæc librorum, qui  
muti magistri appellari consueverunt.
28. Hæc sunt per quæ Aristoteles bonos  
nos & honestos fieri pronunciat in Politicis,  
inquiens, ἀγαθοὶ γε πρωτεῖοι γένονται διὰ τειχῶν τὰ  
τεῖχα ἢ τοῦ πατέρος θεού, λόγου.
29. Finalis est causa externa, quæ movet ut  
summo conatu ad virtutem, ejusq; habitum  
nobis comparandum feramur.
30. Hæc multiplex esse potest, quam varie-  
tatem absolutissimè expressissime videtur Alc-  
mena apud Plautum.
31. Ibi enim ait, Virtus præmium est opus  
M 5      mum;

mum : Virtus omnibus rebus anteit profecto, Libertas, salus, vita, res, parentes, patria & progenati tutantur, servantur: Virtus omnia in se habet, omnia adsum bona, quem penes virtus est.

32. Internæ cause sunt Materia & Forma.  
33. Materia est habitus, qui est impressa animis nostris qualitas primæ speciei seu affectionis, quæ vix ac ne vix quidem postea delectio potest, adfertq; ad idem in perpetuum agendum non tantum animi propensionem & alacritatem, sed determinatum penitus voluntatis nostræ motum & desiderium.

34. Unde sit, ut illæ altera quædam natura in nobis sit, & merito appelleretur.

35. Neq; enim contrariae affectionis motus vel rationes admittit, ac ne audit quidem, quia procul sepulta est in nobis sic dispositivis affectus contrarii huic dispositioni animi.

36. Firmitas hæc & perpetuitas à consuetudine est seu more, unde virtus ipsa moralis appellatur, in Ædibus τετραγωνού, ut Arist. ait. 2. Ethic. cap. i.

37. Sunt autem actiones moris seu moles, ex quibus benè vel male morati dicimus, & ex quibus virtutis vel vitii alicujus formam & impressionem contrahimus, deniq; ex quibus bonorum virorum nomen nobis comparamus.

38. Ex

38. Ex dicuntur ita, partim ut ab intellectivarum virtutum operationibus distinguantur, partim quod illa institutio virtutum, per quam probabilem pravum appareamus, Graecis οὐσίαις, Latinis vero mos appelletur.

39. In iis ergo rationis atque voluntatis humanae vis et dominatus cernitur, quia ex deliberatione quadam animi propriæ suscipiuntur, non ex solo naturæ impetu, ut edere et bibere.

40. Actiones haec cum ipsa virtute seu habitu sedem suam habent non tantum in animo, sed in corpore quoque, cum ministerio hujus quoque perficiantur.

41. Nam earum actionum, quae solis animi viribus fiunt, id est, quae internæ tantum sunt, subjectum est tantum animus hominis ipse.

42. Sunt ergo totius virtutum & individui proprium effectum & opus, sunt animi & corporis communes agitationes & affectiones, non solius animi neque solius corporis propriæ.

43. Quae enim agimus tanquam homines, ea partim rationis imperio, partim corporis ministerio efficimus, ut utraq; nostri patrum in iis actionibus vel laudem vel poenam meritum reporterem.

44. Hinc est quod Aristoteles ait 6. Ethic. cap. 12. rectum opus prudentia & morali virtute perfici.

45. Forma virtutis moralis est, utriusq; extremitati ad mediocritatem concinna temperatio, qua actionum extremarum concinna ad medietatem reductio, hanc virtutem & constituit, & ab aliis distinguit.

46. Id ab Aristotele inde probatur, quod artes & disciplinae omnes tum munere suo probè fungantur, cum opera sua ad mediocritatem retulerint. Ergo & Virtus idem ager.

47. Quin, plures escent virtutes unius rei, vitium vero unum, si in mediocritate posita virtus moralis negaretur, cum tamen unus tantum recte agendi modus, virtusq; una sit.

48. Ut autem in vitiis non est medium: ita quoque non omnis actio admittit mediocritatem.

49. Quædam enim actiones sunt, quæ statim cum ipso nomine vitium connexum habent, ut malevolentia, invidia, adulterium, cædes, furtum.

50. In his, quia nunquam bene aut non bene versari licet, semper peccatum est.

51. Si enim haec mediocritatem admittent, ejusdem quoque excessum & defectum admitterent, atq; sic excessio excessus, & deflectionis defectus admitteretur.

52. Quædam Actiones & perturbationes per se vitiæ & malæ non sunt, sed respetu circumstantiarum recte vel non recte geri

feri dicuntur. Et medium recipiunt.

53. Mediocritas porro duplex est, rei una, altera personæ.

54. Rei Mediocritas est inter duo extrema posita, à quibus æquè distat, ut medium punctum circuli à circumferentia.

55. Ea dicitur medium proportionis Arithmeticae.

56. Personæ mediocritas est quædam Cupæ Mūsicæ persimilis, in qua affectuum contrariorum temperatio concinna servatur, itemq; actionum ipsarum cum judicio rectæ fationis, & dicitur mediū proportionis Geometricæ.

57. In hac circumstantiæ perpetuæ sunt observandæ: Quando, in quibus, & in quos decet, cujus rei causa, & quqmodo æquum est, secundum Aristot.lib.2.Ethic.cap.6.

58. Atq; hæ causæ sunt virtutis moralis externæ & internæ: sequitur objectum.

59. Mediocritas antè dicta respicit tūm affectiones, tūm actiones.

60. Affectiones sunt timere, confidere, concupiscere, aversari, irasci, misereri, gaudere, dolere.

61. Actiones sunt, si quispiam secundum has affectiones operetur, in quibus utrisquis virtus subsistit.

62. Quia autem & magis & minus affici possumus,

## 196 DISPUTATIONES

sumus, & utrumq; non recte, itemq; in actionibus est nimium, parum, mediocre, ideo virtus in mediocritate versariab Arist. dicitur.

63. Majus illud ὑπερβολὴ excessus dicitur, minus ἔλλειψις defectus, quæ viae duo extrema sunt virtuti contrariè opposita.

64. Virtutem consequitur conscientia tranquilla, honesta animi delectatio, & voluptas non declinans à mediocritate, ac deinde perpetua constansq; secundum virtutem actionis & operatio, in qua Aristoteles summum hominis politici bonum & felicitatem constituit.

## DISPUTATIO XXV.

Ethica Platonica theses,  
DE SVMMO BONO.

FELICITAS seu beara vita nec in otiosa contemplatione sapientiæ, nec in otiosa virtutis notitia collocanda est.

1. Sed ejus πλείων consistit in εὐηγέρτει & efficacitate.

3. Aristoteles beatam hominis vitam omnibus numeris cumulatam tribus bonorum generibus definit: etsi τὰ περὶ τια actioni virtutis tribuat.

4. Sit hæc mundana fœlicitas, quæ ex quo hujus vitae spatiis & terminis circumscribitur.

s. Plat.



3. Plato non adhærescens in humana, sed divinam potius & cœlestem quandam beatitudinem spectans, verè summum bonum agnoscit αὐτοῦ καὶ κοινωνίας θεός, seu εὐσέβεια τῷ Θεῷ εἰς δονταπάτην, hoc est, Deo quam simillimum redi, seu Deo assimilari, quoad ejus fieri potest.

4. Illam autem similitudinem ( ne quis putet eam consistere in phantastica Theoria, & inani minimeq; efficaci cognitione ) definit in Theæteto, justitia & pietate erudita atque sapiente. Ac difertè ait, cognitionem Dei esse εὐπλανητικὴν δινήν αρετὴν.

5. Hanc Eudaimoniav in hac quidem vita incoata, sed in altera vita plenam & ἀγενετικὰ rectè statuit.

6. Quo fit, ut in 6. de Rep. Ideam Boni esse summum bonum pronunciet.

7. Hæc Idea est omnium rerum causa Σημαντικῶν, αὐτοῖς, αὐτοῖς, αὐτοῖς, cuius augusta majestas, qualis sit, cognitionis naturæ terminos, cuius essentia omnem rerum creatarum naturam dignitate & virtute, longè latetq; exuperat.

8. Hoc summum bonum Deum ipsum interpretamur. Is summum nostrum est bonum: quatenus ad nos ejus dimanant rivuli: quatenus sumus ejus participes: quod sit, cum animus noster bono illo informatus,

hoc

hoc est, mens cognoscit, & amplectitur illud  
bonum, amat illud, delectatur illo, perfriui-  
tur illo.

ii. Hoc perfectè consequemur, cùm ani-  
mus ex hac corporis mole, velut carcere, in  
celum, tanquam in patriam, evolarit.

## DISPUTATIO XXVI.

Theses Ethicae.

## DE PUDICITIA.

**V**ERISSIMA dictum est à Poëta:  
Ut, cùm de statua facies formosa revulsa est,

Non decus in reliquo corpore truncus habet:  
Sic reliqui mores spreti & sine honore jacebunt,  
Ni sunt ornati laude pudicitie.

2. De hac igitur pulcherrima virtute & uiru-  
tate ylsum est.

3. Pudicitia seu *aygia* est integritas animi  
contra omnem venereum libidinem, seu est  
virtus, qua animus mundus ab impura libidi-  
ne, & corpus purum servatur. Sedes enim e-  
jus non in animo tantum collocatur, sed et-  
iam in corpore: ubi manus quoque & ocelli  
intelliguntur. Ideo enim pudicitia à Roma-  
nis velata sculpi pingivé facie solita est, quod  
castos etiam & continentes oculos esse o-  
porteat.

4. At quamvis vitietur corpus vi aliqua  
illata: dummodò integer ac purus sit ani-  
mus,

mus, non minus remanet pudicitia, quam intacto corpore.

5. Hęc pudicitia quamvis una sit & eadem, vocari tamen solet pro diversitate eorum, in quibus fuerit.

6. Nam in virginibus, quae animo corporēq; pudico sunt, virginitas appellatur: In cōlibe ac vidūa cōlibatus ac vidūalis castitas: in conjugatis conjugalis.

7. Horum trium generum præstantissima est virginitas: Quoniam naturę cupiditatem ita vincit, ut animi sinceritas conservetur.

8. Cōlibum ac vidūarum pudicitia, quae secunda est post virginitatem, in cupiditatum continentia versatur, magnamq; vim exigit ad appetitum illum cohibendum, qui expletus aliquando fuerit.

9. Ultima est conjugalis, quae in matrimonii legibus servandis consistit. In unoquoq; generum istorum permulti maximè excelluerunt, quos recensere longissimum esset.

10. Contraria pudicitiae est libido, hoc est, si ita loqui liceat, libidinositas, quae venereæ cupiditatis effectio immoderata est.

11. Hujus vitii turpitudinem non in ipsa solùm conjunctione ~~concupiscentiā~~ inhonesta ponimus, sed & in animi vitio ac labe. Sed non punitur civiliter libidinosus aspectus, animusq; concupiscentis mulierem, sed ipsa actio illicita subsequens.

## 154 DISPUTATIONES

12. Etsi qui animo libidinoso est, quamvis ab in honesto contactu abstineat, non minus est coram Deo vitiosus, quam si re ipsa quod appetit exequatur.

13. Quo nomine Christus non judicat ex concubitu in honesto libidinem, sed ex animi motu interno, cum inquit in Evangelio: Qui cunq; aspicit mulierem ut concupiscat eam, jam adulterium commisit cum ea.

14. Ad quem locum eruditii quidam annotant τὸ βλέπειν plus significare quam τὸ δεῖν. Notare enim intentionem animi, oculos ad rem aliquam cernendam adjicientis.

## DISPUTATIO XXVII.

*Theses Politice,  
DE BELL O.*

*Politica.* **B**ELLUM hominem Christianum sine peccato gerere posse statuimus.

2. Sed cum grave sit, magnoque constet, non, nisi cum alia expedienda salutis ratio nulla restat, ad hoc confugiendum, omniaque prius tentanda, ac in primis legationibus agendum, quam ad arma descendatur.

3. Tunc bellum est indicendum: quod nisi fiat, non est legitimè cœptum, & videtur esse latrocinium.

4. Deinde ejus est suscipere bellum, qui jus habet



TATIONII  
libidinosa est, qu  
tu abstinat, don  
us, quamvis regi  
Christus non rid  
o libidinem, sed  
inquit in Evangel  
em ut concipi  
amisit cum es  
um erudit quic  
significare quod  
dionem anima  
adam sollicet  
ATIO XVII  
er pista,  
III 10.  
Orbitanum  
charum.  
ve sit, mego  
expedire  
confinendum  
o primis legi  
na decessum  
indicendum  
cupum, de  
scipit bellum

E T H I C A.

195

habet, & vocationem cogendi militem. Is est magistratus.

5. Itaq; subditis, qui merè sunt privati, seu quos penes nulla prorsus est potestas gubernationis, non licet insurgere contra suos principes: Electoribus verò imperii contra Cæsarēm licet.

6. Præterea belli gravis, justa, & necessaria debet esse causa impulsiva, & legitimus finis.

7. Qui duplex est: Subordinatus & princeps.

8. Subordinatus rerum repetitio & recuperatio: Violentia & injuriaq; propulsatio ac ultio. Hic continetur defensio & cultus divini & dignitatis, quam jure obtinet magistratus bellator.

9. Princeps & priorem comitans est salus populi, & gloria Dei: Uterq; continetur symbolo Neapolitani regis Alphonsi: *Pro Lege & Grege*. Et proverbiali illo: *Pro aris & focis*.

10. Ut finem justorum armorum adjipiscare, licet etiam dolo malo, ut infidiis, uti adversus hostem. Quò refero illud Virgil. *Dolus an Virtus, quis in hoste requirat?*

11. In victoria cùm aliâs, tum verò imprimitur bellorum civiliū, moderatione utendum est.

12. Itaq; laudandus est J. Cæsar, qui in pugna ad Pharsalum, in qua vicit Pompejum,

N<sup>o</sup> 2 truci.

196

DISPUTATIONES

trucidatis 15000 in illius exercitu , ac fugientibus jam & dissipatis hostibus , alta voce clamavit : Miles parce civibus .

DISPUTATIO XXVIII.

Ethica Disputatio,

DE VS VRIS, S INT NE IN RE PV B.

Christiania toleranda, & quatenus.

VARIAS sunt doctissimorum hominum de usura sententiae, possitne illa, salvâ bonorum conscientiâ, in repub. Christiana tolerari, necne?

2. Quæ disputatione, cùm nec inutilis sit sapientiae studio, nec pro otiosa haberi debet: placet disputando investigare, quid hinc in parte vero magis sit consentaneum.

3. Idque hoc ordine, ut primum generatim definitur mutuatio, tunc species ejus, quantum ad hoc negotium opus erit, explicitur.

4. Est ergo mutuatio contractus, quo pecunia, aut res quælibet transfertur ad alium, ut tandem reddatur in genere.

5. Atque ea duplex est: simplex seu gratuita, & cum adjectione seu usuraria.

6. Mutuatio gratuita est, cùm nihil redditur ultra sortem, sed exactè tantum, quantum acceptum est.

7. Usuraria est, quando aliquid ultra sortem redditur ex pacto.

8. Quar



8. Quare hæc quodammodo impropria est  
mutuatio.
9. Dico autem ex pacto : quia si quis ex sin-  
gulari animi gratitudine eum à quo mutuum  
aceperit, afficiat munusculo quopiam, id ne-  
quaquam usuræ nomine censemur.
10. Deinde mutuatio vel debita est, vel non  
debita,
11. Debita mutuatio dicitur, ad quam jure  
tum naturali, tum divino sic sumus adstricti,  
ut nisi mutuum concedamus, fontes fiamus  
coram Deo.
12. Quæ quidem ita comparata est, ut sem-  
per oporteat esse gratuitam.
13. Indebita mutuatio est libera, ad quam  
nec divino nec naturali jure simpliciter ob-  
ligamur, sed nostro permittitur arbitrio, vel  
dare mutuum, vel denegare, absq; peccati cri-  
mine, vel conscientiæ sauciatione.
14. In hac locum habere usura potest, mo-  
dò intra justos seu legitimos terminos sese  
contineat, nec ultra quam pars est, extendatur.
15. In utraq; mutatione, ut medium rectè  
servetur, id est, ut in mutatione debita rectè  
intelligatur obligationis necessitas, in inde-  
bita vero percipiatur libertas ; probè consi-  
deranda est conditio proximorum qui mu-  
tuum petunt.
16. Primum enim, si quis vel prorsus extre-

N 3 m̄

mà senectà, vel morborum exhaustus pondere, vel corporis imbecillitate tardatus, suo labore & industria victum sibi acquirere non valeat: vel tam sit fortunæ tenuis, ut licet omnes intendat nervos, tamen haud possit se & suos sustentare laborando: Huic ut gratis derius, & humanitatis atque beneficentia opus exhibeamus, Dei & naturæ lex jubet.

17. Quod Evangelista & Apostolus D. Johannes expressit i. epist. c. 3. v. 17. Qui habuerit mundanas facultates, & viderit fratrem suum egentem, & clauserit viscera sua coram eo, quomodo caritas Dei manet in eo?

18. Huc pertinent omnes illæ in sacro codice exhortationes, quibus ad benignitatis & misericordiæ opera proximo præstanda homines excitantur.

19. Deinde si quis & possit & sedulò studeat proprio labore & artificio sibi suisque necessarium victum & amictum procurare, atq; urgente necessitate & indigentia mutuò petere cogatur: Huic quoque succurri divinum jus & naturale exigunt, idq; gratis.

20. Quo modo ipse Salvator mutuum dare jubet, ut nihil inde speretur: hac adiecta maxime insigni promissione, copiosam fore istius humanitatis in celo retributionem, atque hac parte filios nos fieri similes patris celesti.

cœlesti, qui & ipse erga omnes est benignus,  
Luc. 6.v.35.

21. Ad hanc mutuationem illa scripturae  
sacræ dicta referenda sunt, quibus proximi  
nostri commoda promovere pro virili jube-  
mur.

22. Porro hic discriben venit observandum  
inter bona nostra & aliorum.

23. De nostris facultatibus gratis dandum  
est mutuum proximo, ut in necessitatibus i-  
psius sublevetur indigentia.

24. Sin ad alios bona spectant (puta si plu-  
ribus sint communia, vel societatis cuiuspi-  
am nomine collecta, vel ad pupilos perti-  
neant) permittit *λαργὴ* seu ordinatio poli-  
tica etiam in republica Christiana, ultra sor-  
tem aliquid accipere, secundum legitimam  
constitutionem, quod *νέμιμον δίκαιον* appella-  
re fas est.

25. Approbatur hæc quoq; à civili ordina-  
tione usura, si quis medicorum facultatum  
cum sit, mercatur gratis ad quæstum exer-  
cendum ab aliis pecuniam sumit mutuo.

26. Huic enim ut gratis detur mutua pecu-  
nia, neq; indigentia ejus postulat, neq; cogit  
necessitas.

27. Idem judicium de illis esto, qui ut ma-  
gna multaq; prædia per emptiones posside-  
ant, magnificā splendidaq; familiam alant,

N 4 ingen-

## 200 DISPUTATIONES

ingentia ædificia construant, aliaque similia, quæ ad fastum & ostentationem spectant, opera suscipiant, magnam pecuniarum vim mutuū sumere consueverunt,

28. Talibus namque gratis dare mutuum neq; divina jobet ordinatio, neque poscit naturæ decretum,

29. Quare usuram ejus accipere citra impietatis periculum possumus, observatis terminis, quos Christianus magistratus in sua repub. præscriperit.

30. Hoc quod diximus, aliis etiam conficiari argumentis potest, quorum pauca placet adferre in medium.

31. Atq; ut à divino jure sumamus initium, hoc fundamenti vice axioma proponimus: Evangelium nequam tollere politiam & legitimos contractus; politicas ordinationes, non pugnantes cum æquitate & caritate, nequam abolete.

32. Unde colligimus, usuram in suprà annotatis casibus minime esse impiam: quod à magistratu sit concessa, & sit contractus legitimus.

33. Esse à magistratu approbatam, demonstrant leges & decreta Imperatorum & principum Christianorum.

34. Esse contractum legitimum patet, quia & cum legibus consentit, & rationem habet pro-

probabilem, quod sit justus.

35. Requirit enim illud justitiae lex, ut pro beneficio uno alterum reponatur.

36. Neque uspiam divina oracula mandant, hominibus non indigentibus pecuniam obtrudere gratis, ad fastum promovendum, vel augendas dvitias.

37. Deinde, cum equalitas sit totius juris naturalis princeps columna: in hac quoque; consistit sententia nostrae secularia seu firmitudo.

38. Quippe servatur in ejusmodi usuris equalitas, ut aliqua pars lucri, quod ex mutua pecuniae usurpatione conquisitum fuit, redeat ad eum, qui dedit.

39. Cum è contrario iniquum fuerit, omnem mutuæ commoditatè remanere penes eum, qui sumpsit, illo qui dedit, præterito.

40. Non dicam hinc, qua conscientia mercator (vel quisvis altus) pecuniam à proximo sumptam mutuo, apud se sine compensacione detinere possit, cum non ad indigentiam supplendam, sed amplificandas facultates acceperit.

41. Atque hæc quidem pro sententiæ nostræ assertione hoc loco sint satis. Restat ut principalia saltem argumenta refutemus eorum, qui simpliciter negant ullam usuram esse licitam & concessam. Cæteras enim quibus nuntiuntur, rationes, in ipso disputationis pro-

N S gressu,

gressi, Deo benè annuente, examinabimus.  
 42. Principiò testimonia adferuntur ex sacris Bibliis, quibus in universum & simpliciter omnis usura videtur prohibita. Ut, ex vereti quidem testamento: Exod. 22. v. 15. Si pecuniam matuam dederis populo meo pauperi, qui est tecum, non eris ei sicut usurarius, non impones ei usuram, Deut. 23. v. 19. Non scenerabis fratri tuo scenus pecunia, scenus cibi, scenus cuiuscunque rei, quæ scenori dari solet, Nehem. 5. ubi magna describitur Nehemias indignatio ob accepta pignora & usuratas à fratribus, quæ & reddi jubentur. Psal. 15. v. 5. commendatur is, qui ad usuram pecuniam non dedit. Prov. 28. ver. 8. reprehenditur, qui multiplicat divitias suas usurā & scenote. Hierem. 15. v. 10. Ezech. 18. v. 8. & 22. v. 12. usura vituperatur.

43. Verum ad hæc omnia respondemus, committi in eorum testimoniorum allegatione paralogismum comparationis, seu ut vocant Elenchum à dicto secundùm quid ad dictum simpliciter.

44. Exdem enim ibi circumstantiae annotandæ sunt, de quibus suprà attigimus.

45. Neq; ἀπλῶς intelligi posse, argumento illud est quod Deut. 23. v. 10. Moses ex mandato Dei dicit: Extraneo scenerabis, at fratri tuo (pauperi, ut est Exod. 22.) non scenerabis.

46. Quare

46. Quare non simpliciter omnis ibi usura prohibetur.

47. Deinde causam divinæ prohibitionis perpendere opus est. Ideò enim usura vetatur, ne proximus affligatur, & facultates ipsius exhaustantur.

48. Hac igitur causâ semotâ usura non amplius erit illicita, sed licita: utpote qua juvatur proximus potius quam opprimitur.

49. Ac Prophetas quod attinet, fœneratibus pœnam divinam denunciantes, manifestum est ex locorum inspectione, pœnam indici ideò, quia pauperes adfixerint, & egenos usuris exhalerint: quod ipsum & nos fieri debere disertè suprà negavimus.

50. Ex novo testamento locus est unicus, qui maximè urgetur, Luc. 6. ver. 35. Mutuum date, nihil inde sperantes.

51. Sed & hic si antecedentia & consequentia probè considerentur, apparet, Servatorem loqui respectivè, non absolutè.

52. Id enim versus præcedens 34. manifestè innuit, ubi ita legitur: Si mutuum dederitis iis, à quibus speratis vos recepturos, quæ gratia erit vobis? Nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, ut recipiant paria.

53. Ut sic Christi sententia: Non iis esto tantum mutuum dandum, qui par nobis officium aliquando præstare possint, sed & illi-

lis, à quibus propter inopiam spes nulla est  
mutuum vicissim sumendi.

54. Non igitur vetat mutuum dare amici,  
qui possint  $\tau\alpha\lambda\alpha$  reddere : sed ultrà à no-  
bis poscit, concedere mutuum etiam illis, à  
quibus non possimus  $\tau\alpha\lambda\alpha$ . Atq; sic  
nihil omnino dictum illud nostræ officit sen-  
tentia.

55. Deinde ex naturæ ductu , ita quidam  
contra usuram argumentari solent, ut alle-  
rant, lucrum quod non ex suo sed alieno per-  
cipitur, honestum & justum esse non posse.  
Tale autem lucrum esse usuram. Quare in-  
honestam illam & illicitam omnino concla-  
dunt,

56. Assumptionem probant ex mutui de-  
finitione. Quia res mutuò data definit esse  
dantis. In mutuo enim transfertur res, quoad  
dominium.

57. At expedita est responsio , committit  
hic quoq; ἐλεχον παρὰ τὸ μὴ ἀπλός οὐ ἀπλός.  
Mutuum enim alienum est secundum quid,  
nimirum quoad individuum. At manet pro-  
prium secundum genus seu secundum equi-  
valens.

58. Deniq; Aristotelis obtenditur auctorita-  
tes, qui , pol. cap. 7. usuram à bono viro pro-  
sum vult esse alienam : ut etiam dicat esse  $\tau\alpha\lambda\alpha$   
 $\tau\alpha\lambda\alpha$   $\phi\omega\eta\mu\alpha$ , additis rationibus.

59. Re-

69. Respondemus primum, ibi Aristotelem loqui de usuris suo seculo usitatis, quæ cùm essent nimia, centesimæ nimirum, id est, ubi singulis mensibus de centum aureis unis pèdebat, & anno uno duodecim: rectè dicit, à viro bono eas esse alienas debere.

60. Deinde si quis omnes omnino usuras contra naturam esse contendat, ideo quod pecunia non sit inventa, ut aliam procreet, quemadmodum Aristoteles concludit: & quoniam quæ procreata sunt, similia sunt procreatotibus, ἀναπλεθησθαι esse in eo argumento assetimus, quæ ex falsæ causæ annotatione exoritur.

61. Alia enim est rerum ratio & conditio, quando ex sua natura considerantur: alia item, quando usus illarum attenditur.

62. Nunc autem pecuniarum fines ex hominum arbitrio pendere omnes nōrunt.

63. Et auctor est ipse Aristoteles in Ethicis, nummum non esse rem naturalem, sed legibus & instituto hominum institutam.

64. Addo quod οὐδὲ τὸ μέρος τῆς πολιτείας dicuntur Græcis.

65. Quare usui pecuniae minimè adversatur usura, qualis quidem à nobis descripta est & concessa.

66. Neq; rectè dicitur ex pecunia mutua procreari pecunia alia: sed ex usu ejus & proventu.

67. Gignie

67. Gignit enim pecunia pecuniā non nāturā, sed usū, non factura, sed proventu, ut ait quidam non ignobilis Theologus.

68. Concludimus ergo : in repub. Christiana tolerari bonā conscientiā posse usūram illam, quæ propter evidentes causas piis Christianorum Imperatorum & Principum legibus est concessa & approbata, iis animadversis circumstantiis, quæ à nobis sunt supra expositæ.

DISPUTATIO XXIX.  
DE SVMMO BONO.

CUM studium Ethices maximè conve-  
niat juveni : et si Aristoteles secus statuat,  
ex hac quoque disciplina aliquid de felici-  
tate ad disputationem nostram deligemus,  
tanquam flosculum ex horto Charitum de-  
cerpentes.

2. Omnes hominum actiones honestas ad  
finem, seu bonum spectare certum est, teste  
Aristotele lib. 1. Ethic.

3. Bonorum aliud allo superius, quin imd  
summum ex his aliquod sit & extremum ne-  
cessum est.

4. De hoc videlicet extremo hominis bo-  
no variè quæsitum est, variisque modis disce-  
ptatum, aliis aliud statuentibus.

5. At si bonum est ἀγαθονίκος, &c. nō  
est.

et finis vita humanæ, non obscurum saniori philosopho, quodnam illud sit, seu quæ sit vera hominis felicitas, esse potest: nimirum similitudo Dei, ut Plato loquitur, seu *noivaria* cum Deo.

6. Non exiguum partem hujus similitudinis expressit Demosthenes, cùm interrogatus, quid homo simile Deo habeat, respondit *τὸ δῆμος τελείων, ἡ εὐρητεῖν, id est, vera intelligere & benè facere.*
7. Felicitas autem illa est absoluta, seu plena, vel inchoata.
8. Plena est perfecta cum Deo conformitas.
9. Estque vitæ alterius, cum animus ex hac corporis mole ergastuloque in cœlum tanquam in suam patriam evolavit.
10. Hujus respectu non absurdè Solon pronunciavit, neminem ante obitum dicendum beatum.

Et Ovid.

*Expectanda dies homini est dicens, beatus,  
Ante obitum nemo supremaque funera debet.*

11. Inchoata rectè definitur, *κατὰ τὸ διανόησθαι τῷ δικαιῷ καὶ οὐ μετὰ φεύγοντας, id est, justitia, & pietate erudita, & sapiente, quæ quidem in hominem mortalem cadere potest.*
12. Est enim hujus vitæ, & quidem tanquam via ad beatitudinem alterius seu secundæ

TATIUS  
ecum pecunia ac-  
tura, sed processu  
is Theologus  
ergo in rebus  
conficiens posse  
poterit evidenter  
erat originis & Principi  
& approposita, quam  
qua inobstat!

TATIO XXIX  
MO BONO

Ethices matritus  
Artifices decretorum  
disciplinae dispendit  
cum nobis delige  
et hunc Chari-

un actioveret  
pedata certum

alio superius, a  
odit ex extremis

extremo homi  
ratiōne mā  
ambitibus  
et spēcimina

BLB BADISCHE  
LANDESBIBLIOTHEK



cundævitæ omnibus numeris perfectam cumulatamq;

13. Ea igitur cùm in hominem cadat, homo ante obitum quadantenus beatus dici potest.

14. Ex his facilè intelligitur, neq; in imaginaria, neq; inani, minimeq; fructuosa cognitione, neq; in otioso habitu virtutis, neq; in honoribus, neq; in divitiis, neque deniq; in sordida, beluinaq; voluptate, (in qua maxima hominum pars felicitatem collocat, cùm tamen ad brutas animantes amandanda sit,) sumnum bonum esse constituendum.

## DISPUTATIO XXX.

Theses Ethica &amp; Physica,

## DE EBRIETATE.

**D**E ebrietate placet, ut Ethicè tum philosophica *oὐξησίας* agere.

2. Ethicè quidem ita, ut de opposita Sobrietate prius differatur.

3. Sobrietas accipitur dupliciter: Communiter & propriè.

4. Communiter quidem accepta denotat mensuram in omnibus servandam, in quibus contingere potest defectus & exuperantia: ut sobriè, id est, *μετέως* seu moderatè loquendum, ludendum, sapiendum, de aliquare disputandum est.

§. Pro-



3. Propriè verò sumpta refertur ad mensuram potus inebriantis. Unde sobrium dicimus eum, qui justis adhibitis circumstantiis bibit.
4. Ac describitur sic : Sobrietas est quædam temperantia , servans modum in sumptuō potus, qui potest cerebrum perturbare, & rationis usum impedire, considerata aetate, & personæ conditione, & ipsius potus efficacia.
5. Seu est virtus, qua cibi & potus tanta portione utimur , quantum natura ad sui conservationem requirit.
6. Dicitur in descriptione considerata aetate, &c. quia non eadem quantitas & mensura cibi & potus convenit omnibus. Nec enim omnes æqualiter indigent, neceadem est omnium aetas & temperatura.
7. Ac licet Sobrietas omnem deceat hominem, cujuscunq; sit conditionis , status & aetatis : ( quia, ut inquit Augustinus, Sobrietas est mentis & sensus, & membrorum omnium corporis tutela castitatis, pudicitiaeque munimentum, pudori proxima, amicitiae & pacis serva, honestati semper coniuncta, criminum & vitorum fugatrix ) tamen magis convenient adolescentibus & mulieribus, item senibus, & magistratibus. Illis quidem ut possint melius reprimere venere.

O

etiamq;

16 DISPUTATIONES

iniquitas impetum. His vero, ut opera officia rectius perficere possint.

10. Ebrietas igitur est intemperantia, qua modus in potu exceditur.

11. De ebrio querit Ethicus, agatne invitus: an agat per imprudentiam, ignorantiam, &c.

12. Respondeatur: Multa committuntur ab ebriis, in quibus nesciunt, quid agant: Non tamen per imprudentiam propriè dicuntur quid facere. Quoniam abstinere poterant à nimio vino: & plus æquo bibentes ignorationem sibi ipsi accersiverunt (quæ Ignorantia affectata dicitur.) Unde tale vitium non efficit, ut inviti fecisse dicantur.

13. Quæritur etiam, an Ebrietas delicta excusat? Aliquo modo excusare puto: quod ebrii non sint satis compotes mentis.

14. Et quidem hæc Ethicè de Ebrietate sequuntur, quæ magis physica sunt.

15. De ebrietate igitur porrò φιλοσοφούτες utilia problemata proposituri, tūm αἰνογένη, tūm οὐρανίη, δεῖγματα in medium afferemus.

16. Primum ergo, quia inquit Philosophus: ἐδὲ τοὺς ἄρδειν αἴτιος: Nihil scimus sine causis: & è causis ebrietatis definitio petenda est, de illis dispiciemus.

17. Causa ebrietatis οὐρανίην, id est, antecedens: & οὐρανίη, id est, vim habens in ebriam.

ebtiandi, est potus calidus halitusosus, immodecē in ventriculum ingestus, ut vinum, mulsa, iudeas, cerevisia, & aquæ quædam potabiles, quæ nimirum vapores ad cerebrum emittunt.

18. Causa Covertorū (dicitur causa conjuncta, quia effectui cohæret) seu immediata & actualis, est vapor halitusosus contentus in capite, spiritus animales, sensuum organa turbans.

19. Συνάντησις & αύρα, sunt calor ventriculi, subvehens vapores à potu ingeſto in caput, & cibi halitusi ac fumosi, ut: alia, cappe, raphanus, qui per se caput implent & offendunt.

20. Effecta ebrietatis sunt varia: Generatim impedit illa vel viciat animæ functiones & corporis actiones (hinc varia peccata, ut caedes, scortatio, adulterium): Et quidem continua multorum morborum causa est.

21. Speciatim aliquando gignit delirium. Unde Cato dicere consuevit: Ebrietatem esse voluntariam insaniam.

22. Aliquando temperamentum etiam optimum alterat, & alienum accersit, ut (verbi gratia) qui antea fuit Sanguineus, fiat Phlegmaticus.

23. Aliquando cruditatem, quam sequitur pallor, ἀποπλεγμα, παχύταιρος, hydrops, podagra.

gra, fluxiones capititis, & similes morbi frigidi,  
& ex consequenti, vita brevior.

*Cat ebrii  
palent, & af  
fectionibus  
frigidis sunt  
obnoxii.*

24. Corpus enim replens crudis & vitiis humoribus, qui à natura vinci non possunt, nativam humiditatem opprimit, & debilitato calore insito boni sanguinis procreacionem prohibet.

25. Quod autem quidā ebriosi sobriis sunt vivaciores, id ratum est, & bonitati naturę adscribendum. Longè diutius illi quidem victori, si sobrietati vota nuncupassent.

26. Facit & ebrietas alios loquaciores & disertos, (nam quod Poëta ait: Fœundi calices quæ non fecere disertum: hyperbolicum esse videtur) quod pertinet istud, ev. oīrō d'īzēta. Et hoc: Sobria mens quod cogitat, ebria lingua profatur. Et stud Pagani Poëtæ:

Sunt tres qui nullo discrimine vera fatentur:  
Ebrius & stultus, nesciolusq; puer.

Alios facit balbos, alios omnino ferè mutos. Hæc autem diversitas est à diversitate naturalium & temperamentorum: quare recte ab Aristotele dicitur: οἵ τοις τέχνοις τὸν γενέρων καὶ εἰρυτόν, id est, utentium vinum milletur moribus.

27. Facit & alios hilares, alios tristes, alios somnolentos, alios iratos, (unde Poëta inquit: vinum in animum etiam manare: quod ita accipimus, ut dicamus ex contagione cor-

poris,

In probl.  
sect. 4.

poris, vini potu concalefacti, animorum motus excitari) propter eandem causam.

28. Balbuties hinc est, quod cerebrum multa humiditate perfusum gravatur, tumq; musculi linguae relaxati minus apti sunt ad motum. Cur ebriis balbutiuntur.

29. Efficit & titubationem propter humoris copiam, qua stupefiunt sensus, Ovid. 15. Met. ebrii. Curtitubantur.

*Hand aliter titubat, quam si mera vina bibisset.*

30. Efficit etiam aliquando tremorem membrorum. At cur potatores, quod liberalius vinum hauserint, et magis tremunt? Respondeo, per vehementiorem calorem hausti vini extinguitur ferè internus calor corporis, hinc existit frigus, inde tremor.

31. Efficit & aberrationem in visu, ut, cum ebrii videntur res quæ in uno loco quietescunt, circulariter in gyrum moveri, aut cum eas non recte numerant & discernunt; hinc dicitur: *Ebris es candelabrum pro lumine tangis.* Quare sberant in videndo.

32. Illud sit proper inordinatum motum spirituum opticorum, & inæqualem agitatem intrinsecus factam. Hoc vero propter fumos in oculorum nervos venientes, qui spiritum visivum reddunt impuriorem, atque perturbant: item propter sensus interiores, qui in ebrietate sunt male affecti & turbulenti.

33. Efficit & crapulam, id est, fervore dolosum, vel dolorem ipsum, & luctam capitum.

34. Vinum autem non valde crassum quod fortius est, tanto majoris crapulae causa est: valde dilutum seu multa aqua mixtum, et si tenuium partium esse potest, minus idoneum est ad motum & penetrationem, quia frigidius effectum est, ideoque caput dolore seu crapula minus infestat.

35. Præterea ex vino gravior, ex cerevisia diuturnior est crapula.

36. Quid ita? quia fumi vini tenuioris sunt substantiae, cerevisiarum vero sunt crassioris.

37. Subjectum ebrietatis est cerebrum: Itaque huic maxime est pernitosus. Ad adjuncta pertinet, quod sedentes sibi videntur pulchri esse sobrii. Cum enim sedent ebriosi, non est tantus motus, quo fumosi spiritus ex vino in caput exhalare possint.

38. Est ergo ebrietas affectio ex immoderato potu vaporoso contracta, in primis animalis virtutis actiones turbans impediensque.

39. Estigitur præter naturam (cum omne immoderatum inimicum sit naturæ) et si in ebriosis sit naturalis, quod consuetudine ageatur bibendi cupiditas. Sicut enim in hydropticis: (*Quo plus sunt pota, plus sitiuntur aquæ*) ita etiam in ebriosis potando magis magisque siti excitatur. Quod sit, ut ebriosi, cum a potu abstinere coguntur, graviter lèdantur, cuius & hæc ratio est, quod natura subitas, easque

que inconsuetas mutationes, ut talem abstinentiam, difficilius ferat.

40. Eicontraria est Sobrietas.

41. Hæc quomodo reservetur & restituatur, deinceps videndum est.

42. I. Arcent igitur ebrietatem primùm abstinentia à forti potu, (maximè si quis habeat debile & infirmum caput) ab ingestione variorum potuum ejusdem naturæ. Illi enim signunt habitus turbulentos. A cibo multo, & cibis halitusis inter bibendum: Copia enim & halitus ciborum misti unà cum vaporibus ex vino validius in caput feruntur.

43. II. Deinde medicamenta aquæ sva vel ante cibum, vel cum modico admodum cibo sumenda, ut: absynthium marinum, amygdala amara, decocta brassica, pulmo ovillus coctus.

44. III. Vomitus, qui ebrietatis causam tollit.

45. IIII. Quartus, solutio alvi, quæ adjuvatur liquidis lubricisq; alimentis præsumptis & stipieis in fine mensæ adjectis.

46. V. Curatio consistit in duobus: primùm in avariorum, id est, sublatione, remotione causæ coniunctæ, & digestorum, id est, alteratione capitis.

47. VI. Causam coniunctam ebrietatis tollit coctio.

48. VII. Itaque etiam somnus. Coctio enim in somno optimè peragitur autoritate Galeni, qui, *Somnus*, inquit, *concoquit*, *vigilia digerunt*. Et Erasmus in Proverb. inquit: *Vini astu somno defervescit*.

49. VIII. Sed cave statim à poculis dormias, atque optimè est, si antequam dormias, soluta sic calvus.

50. IX. Quod ad alterationem capitis attinet, seu expulsionem alienorum fumorum, postridie caput leniter est pectendum & fricandum, ut vaporum reliquiae discutiantur.

51. X. Crapula soluta, lavato caput lixivio, ut ad actiones sit expeditius.

52. XI. Illud verò est perniciosissimum &  $\delta\lambdaορν$ , id est, à ratione alienum, quod veteribus rhythmis dicitur:

*Si noceat hesterna tibi potatio vini,*

*Cras iterum bibito, fueritq; tibi hac medicina.*

53. Est &  $\alpha\xiωμα$  extra omnem dubitationis aleam positum: *Contraria contrariis, non similibus tolli*. Et, ut in Scholis loquuntur: *Omnem additum suo tali, facere illud magis tale*. Quare hesterna crapula matutina ingurgitatione postridiana qui profligetur?

54. XII. Cùm tamen natura nimia potatione est conculta, prodest ejus recreanda gratia parcè bibere, in primisque vinum calefactum.

DISPU-

DISPU  
CONTIN

ETHICA  
1. Sitim bene  
2. Bodem fer  
3. Seu, est  
humanarum  
ordinant  
tunit.)

4. Bonum  
excitandi  
5. Sive fin  
num.

6. Summ  
lud, sed pro  
7. Quod  
quoddam p  
8. Beaut  
bonum)  
comparat

9. Ablo  
fectum,&  
10. Co  
et prop  
vita perse

11. Oper  
bitu profi

TATIONIS  
tiam fortius. Cib  
nē peragur. aut  
Inquit. conquis.  
Proverbio quicquid  
ave statim iugulat  
est. si amputatur  
d alteracionem capit  
em alienum habet  
iter est periculum  
in reliquo discut  
luta. levato capo  
peditus.  
d eit periculum  
one alienum quod  
ur.  
nusq; pietatis vita.  
sit. fuit. q; sit. hanc  
ex omnem deb  
natura contraria. in  
nolis loquuntur  
e illud integrum. Qu  
rutina ingurgita  
rear?  
amen mera nini  
prodest ejus re  
ioprimitusque rite

DISPUTATIO XXXI.  
CONTINENS SYNOPSIS  
Ethica.

ETHICA seu Practica philosophia est do  
ctrina benè vivendi.

2. Eodem sensu: Benè agendi: beatè vivédi.
3. Seu, est doctrina summi boni ut ultimi  
humanarum actionum finis, (ad quem omnes  
alii ordinantur, destinantur, tendunt, refe  
runtur.)
4. Bonum est, quod habet vim alliciendi  
excitandi; appetitum.
5. Sive sit verè bonum, sive sit apparens bo  
num.
6. Summum bonum, quod non proptera  
liud, sed propter seipsum appetitur.
7. Quoddam igitur bonum est propter se,  
quoddam propter aliud.
8. Beatitudo seu felicitas (que ipsa summum  
bonum) consideratur tum absolutè: tum  
comparatè. Benè agere,  
benè vivere,  
felicem esse,  
hic idem  
sunt.
9. Absoluta consideratione est bonum per  
fectum, & per se sufficiens.
10. Comparatè (ut refertur ad habentem)  
est propria hominis secundū virtutem in  
vita perfecta operatio.
11. Operatio: quia non est habitus, sed ex ha  
bitu proficiens actio.

O 5

12. Virtus

12. Virtus tantum proxima facultas est ad beatitatem. Quanquam Stoicorum sententia, quæ virtutem facit extremum bonum, tolerabilis est, cum intelligent virtutem, non ut est in potentia, & sine actu jacet, seu otiosa est, sed cum actione sua conjuncta & fructuosa.

13. Hominis quidem : ratione partis rationalis.

14. In vita perfecta. Quia necesse est, hominem in honesta actione ad vitæ usque terminum perseverare.

15. Felicitatis efficiens proxima, Homo seu actiones ejus.

16. Subjectum recipiens, Homo ratione utens.

17. Proximum igitur seu immediatum & primum subjectum est pars animæ rationalis.

18. Amentes igitur & insani felices non sunt, ut nec pueri : qui tamen spe felices dici possunt : quod appareat in iis diuidi & synclini-  
os, hoc est, inclinatio ad bonum.

19. Adiuncta felicitatis reliqua sunt. 1. Felicitas est res divina : quia virtutis est præmium & finis. 2. Est bonum honorabile potius, quam laudabile. 3. Felicitas hominis in hac vita (ante mortem) dici & esse potest. Atque hæc omnia habet Aristoteles 1. libr.

20. Medium seu destinatum eis suovias, quo homo ad felicitatem perducitur, est Virtus.

21. Vit-

v. Virtus est ha-  
bitus etiam  
adagendam  
actionem. (Sic  
Galenus, & Ho-  
... 11. Acquisitu-  
dine & discip-  
lina mediocri-  
tatis natura,  
pij, feminis p-  
iij. Quales  
tem: tales,  
a virtute jan-  
14. Cor-  
ef, excelle-  
ribus à med-  
15. Virtus  
et intellige-  
16. Vitæ  
nellas actio-  
17. Hæ-  
de: Qua-  
tes morali-  
possum.  
28. Vi-  
prudentia  
Ethicam a-  
19. Sapi-  
quid in ne-  
cipitius.

TATIONES  
proxima fundat  
am Stoicorum  
extremum bonum  
giam virtus, are  
actu pax, facio  
conspicua & fructu  
em : nrae patre  
ta. Qui meditati  
ione ad vices imp  
ciens proxima.  
recipiens, Homo  
igitur feci immo  
n offensione non  
glor de infantilis  
qui tanco spe fil  
parematis aliter  
tio ad bonum.  
icitatis reliqua in  
qui virunt et  
num honestum  
Felicias huma  
dici & esse pri  
aristoteles libe  
destinatio in  
n persequitur et

21. Virtus est habitus animi, sicut ens hominem ad agendum honeste secundum rectam rationem. ( Si subjicere virtuti velis artem & scientiam, rā Honeste tollendum est.)
22. Acquiritur, procreatur, conservatur doctrina & disciplina, vel frequentia bonarum ( quae mediocres sunt, ) actionum: non inest nobis natura, nisi ratione incoationis, principii, seminis pullulantis.
23. Quales autem actiones efficiunt virtutem: tales, & quidem potiores, producuntur à virtute jam effecta.
24. Corruptitur & perditur contratio, id est, excessu & defectu, actionibus declinantibus à medio seu mediocritate.
25. Virtus est Dianoëtica, vel moralis: Seu est intelligentiae vel voluntatis.
26. Virtus intelligentiae est virtus, qua honestas actiones inquirimus & probamus.
27. Hæc prior est naturæ doctrinæq; Ordine: Quia lumine virtutis intelligentiae virtutes morales diriguntur, & hæc sine illa esse non possunt.
28. Virtus intelligentiae est Sapientia vel prudentia. ( Ars enim & scientia propriæ ad Ethicam attinere quibusdam non videntur.)
29. Sapientia est virtus intelligentiae, qua quid in necessariis honestum sit, exactè propicimus.

so. Con-

30. Contraria vita: Stultitia, & Nimirum sapere.

31. Prudentia est virtus intelligentiae, qua honestas res in contingentibus accuratè eligimus. Contraria vita: Stupor, qui non potest ex contingentibus honestum vel utile cum honestate conjunctum colligere: & Temeritas, quæ nimis confidenter de contingentibus & mutabilibus pronunciat.

32. Virtus voluntatis est, quia id, quod à virtute intelligentiae pro honesto monstratum est, promptè & expeditè homines exequuntur. Dicitur *Moralis*, quia est morum compositio.

33. Virtus voluntatis (ductu prudentie) in regendis affectibus versatur.

34. Virtus voluntatis vel continetur interna actione ad voluntatem conformandum; vel conformata jam voluntate sese ad aliorum usum externis actionibus diffundit.

35. Prior illa vel Temperantia est, vel Misererudo.

36. Temperantia est virtus moralis in corporeis voluptatibus coercendis occupata.

37. *Prudentia* est virtus moralis, quæ in ira componenda versatur.

38. Posterior spectat usum *temporatus*, vel rationem juris.

39. Illa liberalitas est. Hæc *Justitia* vel fortitudo est.

40. Li.

13. Liberalitas  
14. Justitia e  
15. Iustitia exercen  
16. Fortitudi  
17. Iustitia confit

1. DISP  
DE  
De senten

SUMMUM  
qua omni  
2. Eod  
in auaricia  
3. Summ  
poter ipsi  
Summe de  
cire, vel in  
aliquid deel  
Sufficien  
Summ  
et, quod ap

4. Summ  
moris) vel  
sensu.

5. Summ  
6. Huius  
num omni  
Aquo uno  
Plagus pu



40. Liberalitas alienæ necessitati succurrit.  
 41. Justitia ex sinceræ voluntatis æquitate  
 ad ius exercendum affecta est.  
 42. Fortitudo ex invicti animi magnitudine  
 ad juris constituti defensionem propendet.

## DISPUTATIO XXXII.

## DE SVMMO BONO.

*De sententia Platonis divini Philosophi.*

**S**UMMUM bonum est, propter quod relata omnia expetuntur.

2. Eodemq; sensu Beatitudo dicitur seu *euasphoria*.  
 3. Summi boni sunt tres conditiones. 1. Oportet ipsum esse perfectum. 2. Sufficiens. 3. Summè desiderabile. Perfectum vel simplificiter, vel in suo genere: quia si summo bono aliquid deesset, summum sanè non esset.

Sufficiens: quia nihil deest ei, cuius est.  
 Summè desiderabile: quia ex illo & in illo est, quod appetendum est.

4. Summum bonum est tale absolutè ( *α. Felicitas se- πλως* ): vel modo quodam, *κατά π. π. κατά με-* parata & ab solutè ipe- diξiv.

5. Summum bonum absolutè est Deus.  
 6. Hujus narrationes Platonicae sunt: Remenide & Idea in Par- rum omnium principiū unum ineffabile: Symposio.  
 A quo uno ad unum omnia: Ipsum pulcrum:  
*πελαγος pulchritudinis περιττον φλεγεν: αυτοφιλον*  
 ipsum

ipsum amicum : primum pulcrum, Idea boni : Ipsum bonum, sincerum, purum, simplex humanis carnibus aut coloribus aliis mortalibus nugis non contaminatum. Ineffabile dicitur : quia ex communibus vocibus humanis non habentur vocabula, quæ proprietates Dei plenè exprimant.

Felicitas cō-  
juncta parti-  
cipata, relate  
và συμετοχή, id est, per participationem et  
considerata : Secunda  
idea.

7. Summum bonum modo quodam & <sup>7.</sup>  
humanum : quod à summo absolutè bono  
proficiat : sicut à Solis luce ceterorum cor-  
porum lumen.

8. Summum autem hoc (nempe hominis) bonum est Dei similitudo, οὐοίων διώγματος  
duarē ἀπόπτη, quatenus homini fas est.

9. Ea in quo consistat speciatim explican-  
dum.

10. Cū ergo (ut repetamus arcem Boni) Deus sit ipsum primum lumen, primum bonum, primum pulcrum, nihilq; evadat simile primo & lumini, & bono, & pulcro, nisi luminis, bonitatis, pulcritudinis κοινωνία seu cō-  
municatione, profectò apud Platonem sum-  
mum absolutè bonum est illud solum, cuius  
adeptione per quandam participationē ani-  
mus fit beatus : nempe, totius naturæ bonum  
Deus, ut dixi. Summū verò hominis seu ani-  
mi bonum est summi absolutè boni posses-  
sio, mixta ex sapientia & purissima voluptate.

11. Divina

n. Divina  
que est divi-  
contemplatio  
in qua comi-  
licet in men-  
fum in vol-  
12. Sed pe-  
digro, seu  
fum Deus,  
Quenihil  
Decalum  
d's felicitate  
aque ac  
potest.  
13. Bon  
recte sibi  
vina felici-  
associat, &  
proficiat  
medio feu-  
omatur, p  
Epinomi  
cause hu-  
les) part  
bus mag-  
14. Ha  
& in hac  
15. In  
sed potius

11. Divina hæc possessio ratione sapientia Quæna sum:  
 (quæ est divinorum entium, in primisq; Dei ma bonis  
 contemplatio) est in mente: Ratione voluptatis Nectar &  
 (quæ comitur sapientiam) in voluntate: Ambrofia,  
 Ut est in mente, Plato illam appellat Ambrofiam: ut in voluntate, Nectar. In Phædro.

12. Sed per sapientiam non intelligatur & deoꝝ seu otiosa diuina. Idem enim agnoscitur Deus, ut colatur: Plato in Epinomide. Quare nihil vetat, quod minus dicamus: Verum Dei cultum esse humanum summum bonum & felicitatem. Is sine sapiente notitia, pia sanctaque actione, & voluptate interna esse non potest.

13. Bonum humanum seu ἀρετής etiam recte deoꝝ divinum ac celeste dicitur, & divina felicitas, quia & Deo nos assimilat, atq; associat, & à Deo communicante ad homines proficiuntur: & tamen ad eam pervenit homo medio seu viâ moralium virtutum, quibus ornatur, purgatur, & colitur animus. Plato in Epinomide. Beatitudinis igitur partim sunt causa humanæ (de quibus tantum Aristoteles) partim divinæ & supernaturales (de quibus magis Plato.)

14. Hæc autem felicitas contingit homini & in hac vita, & post hanc vitam,

15. In hac vita homo non plenè assequitur, sed potius degustat beatitudinem: post mortem

rem

tem plenius & in solidum ea fruitur. Plato multis locis.

16. Perfectaigitur vel imperfecta ( quo ad nos ) est felicitas. Quare quod alicubi Plato disertè scribit : Neminem in hac vita beatum heri, sed post mortem tantum, *et n* intelligendum, nempe de perfectione Beatitatis: Hæc meritò huic vitæ detrahitur.

DISPUTATIO XXXIII.  
DE EODEM.

**E**LÉGANTIORES philosophi non dubitant affirmare, Aristotelicos Platoni falsò & per calumniam tribuere, quoddensserit Beatiitudinem seu summum bonum extremumq; hominis finem esse Bonum universale secundum Prædicationem, & quidem id separatum à rebus singulis: sicut Ideæ à philosophis & logicis accipi solent pro abstactis per mentem à sensibus rerum formis.

2. Illi habent me sibi ἀμέληπον, aded etiam, ut certò statuam, Platoni tale bonum nunquam in mentem venisse.

3. Hoc quidem negari non potest, Platonem felicitatem nostram, in idea boni seu bono quodam universalis & separato, seu à rebus sejuncto constituisse, quatenus tamen illud bonum homini est communicabile.

4. Sed hoc ipso illum, bonum quod dicitur

tur de omnibus bonis, (ut est logicum) & tale sit, quod extra & praeter singularia subsistat, intellectus, id vero perniciandum est.

3. Quid ergo per ideam boni & ipsum bonum intellectus? Universale, ut scholastici locuti sunt in causando, seu secundum efficientiam: Exemplar & causam omnium bonorum, primum, & summam illud bonum, ipsum per se constans, quod est Deus, a cuius bonitate cuncta, quae bona sunt, derivantur, & quod ipsum omnia sibi expertunt. Ideoque communis bonorum dicitur.

6. Ejus imago Sol est, simili modo vires suas per omnia diffundens.

7. In hujus primis seu per se & absolute boni vera cognitione Plato summum hominis bonum ponit.

8. Ac, licet Aristoteles hanc divini boni cognitionem supervacaneam putet ad Rempublicam humanis moribus legibusque moderandam: tamen ad Platonicas (vel potius Christianas) Rempublicam necessaria est. In Republica enim, ait Plato, conandum esse, ut civitas Deo similes amicique evadant: Quod quidem ab ipso Dei cognitione fieri non potest.

9. Ecce vero Plato Ideam boni separatam Bonum Universi separatum facit? Quia Deus est apud rebus, seu non est commixtus

P. tus

tus cum creaturis: est essentia alia ab omnibus rebus a se conditis. Intra omnia, ( canit Scaliger ) sed tamen non inclusus in ipsis: Extra omnia, sed non tamen exclusus ab illis: Differre facit, quæ facit, omnia ab ipso.

10. Sed age probetur Platonem per idem boni seu ipsum bonum intellexisse Deum.

Primum 7. de Republica: Idea boni dicitur lucis & solis creatrix.

11. Secundò: 6. de Republ. idea boni tribuit rebus  $\gamma\delta\epsilon\zeta\eta$ ,  $\alpha\beta\epsilon\eta\zeta\eta$ ,  $\tau\varrho\phi\mu\eta$ , procreationem, accretionem, nutritionem: Est  $\nu\tau\eta\tau\eta\zeta\eta\zeta\eta$  ( veritatis & scientiae in mentibus hominum ) causa: omnes res ab ea ut causa summa & prima efficacissimaq; habent &  $\tau\eta\tau\eta\zeta\eta\zeta\eta$  & bene esse. Est fons & origo justitiae: Est  $\alpha\tau\theta\delta\eta\zeta\eta\zeta\eta$ , quod non miscetur creaturis.

12. Tertiò: sic quoque in Philebo dictus: omnes res ab idea vi & esse, & bene esse: vocatur idea boni.  $\alpha\tau\tau\alpha\delta\eta\eta\eta\eta\eta\eta$  omnis boni, & semovetur e numero creaturarum rerum.

13. Quartò in Phædro,  $\alpha\tau\theta\tau\eta\zeta\eta\zeta\eta$ , id est, ipsum pulcrum, est omnium rerum pulcrorum causa: sicut & in 7. de Republ. Idea boni dicitur  $\tau\alpha\tau\eta\tau\eta\zeta\eta\zeta\eta$ .

14. Quinto in convivio: Summum pulcrum est, cuius causa omnes labores hactenus suscepimus. Illud est semper, nec fit, nec interit, neq; crescit unquam, neque decrescit.

Neq;

Negat enim in  
utique quam  
ne & impl  
hinc summum  
potest vi p  
Ab illo pul  
ur, tanqu  
er qualla n  
ascendendi  
15. Hilo  
ig possur  
primum &  
omnia an  
amicate  
16. De  
zeta &  
monstra  
mam: un  
nis princ  
ad quam

D  
DE

S E P  
sum  
taria  
piis. Har  
te visum

Neq; est in animali, vel terra, vel coelo, vel in  
alia quaque re, sed ipsum ex seipso unifor-  
me & simplicissimum. Alia autem omnia  
ipsius summi pulcri participatione quadam &  
precaria vi pulcra quodammodo dicuntur. Et:  
Ab illis pulcris, quæ nostris oculis obversan-  
tur, tanquam gradibus ad ipsam <sup>re</sup> ideam,  
ex qua illa multa pulcra vim existendi habent,  
ascendendum est.

15. Hiloci & similes non nisi de Deo intel-  
ligi possunt: sicut & in Lyside dicitur: Deus  
primum & verè amicum est, cuius causa alia  
omnia amica sunt, & ad quem omnia cetera  
amica referuntur.

16. Deus igitur summum est bonum : est κύριος & ὑπέκτενον τὸ τέλος τῶν οὐρανῶν : est omnia rerum initium , medium & extremum : universæ nostræ actionis & cognitionis princeps & primarius finis : hæc meta est, ad quam debemus collimare.

DISPUTATIO XXXIII.

DE ACTIONIBVS VOLVN-  
tariis & non voluntariis.

**S**ÆPE quæritur in politia de actionibus  
humanis, fuerint ne voluntariæ an involun-  
tariæ? Quæ quidem quæstio est de princi-  
piis. Hanc ergo præsenti disputatione excute-  
re visum est.

P | 2

## 2. Volum-



2. Voluntarium (seu spontanum hoc loco : alias enim latius patet) est, cuius initium est in ipso efficiente, cui notæ sunt singulares circumstantiae, in quibus actio consistit. Alias factum secundum Voluntatem.

3. Constat igitur duobus: Notitia & appetitu. Primum scilicet novimus, quid sit expetendam. Deinde motu appetitionis in illud ferimur.

4. Voluntarium est tale per se, seu  $\alpha\pi\lambda\alpha\ς$ , vel propter aliud, seu ex hypothesi.

5. Per se quidem vel superiore gradu, vel inferiore.

6. Superiore gradu: cum agimus sine impulsu perturbationum: ut ira, cupiditatis, &c.

7. Hoc ergo maximè ac absolutè voluntarium est.

8. Inferiore gradu: cum impellimur affectionibus.

9. Quæ enim ab iratis vel cupientibus sunt ad invita & coacta referri non debent.

10. Cupiditas enim ita valida non est, ut ratione refrenari nequeat. Fcenum scilicet ei injici videmus ab hominibus temperatis, ac lenitate ceterisque humanioribus virtutibus præditis. Iraverò cupiditas seu ardor ulciscendi est, qui absque voluntate esse non potest: cum etiam Homerus scripsit: Iram Achilli fuisse instar mellis, quod sub lingua ejus

ejus liqueceret. Addit quod irascens facultas modo quodam rationis pariceps est, id est, à ratione regi potest.

11. In extremè tamen malis, obfirmatis in malo, & mancipiis cupidatum accedere aliquid involuntari videtur: Quo modo accipientium istud Medea suos interficiens: Sed trahit invitam nova vis: aliudq; cupido, Mens aliud suadet; video meliora probeoq; : Deterriora sequor.

12. Propter aliud, seu secundum quid, & ex hypothesi voluntarium est, quod ratione praesentis temporis, & aliarum circumstantiarum urgentium expeditur: ut cum minora mala eligantur propter timorem graviorum, seu ad evitanda maja. Per se enim & simpliciter non eligerentur.

13. Simpliciter igitur & absolutè voluntarium non est.

14. Itaq; medium seu mixtum (nempe ex voluntario & involuntario) dici potest.

15. Magis tamen ferè accedit ad naturam voluntarii, quia in eo est malorum collatio: ac deligit voluntas minus malum: ut jacturem pecuniarum: & cupit misere evitare: ut praesentem mortem.

16. Voluntario opponitur Non-voluntarium.

17. Non voluntarium vel per vim, vel per  
P 3 impru-

## 230 DISPUTATIONES

imprudentiam sit: Sea est vel violentura, vel per inscientiam factum.

18. Vis est impetus vehementis, qui sustineri non potest, vel ex grè sustinetur.

19. Violentum est, cuius principium est externum, cum id, cui vis affertur, nullum adjumentum seu operam conferat. Quemadmodum si ventus nos aliquid, quò nollemus, asportaret: vel homines, qui in nos habent potestem.

20. Huc non potest referri ejectio mercium, quæ sit in magna tempestate. Etsi enim principium ejactionis sit externum: ut venti, fluctus, procellæ: tamen ejactio non fieret, nisi etiam ipsi nautæ, quæ ejicienda sunt, enibus promerent.

21. Nec huc referri possunt actiones prævaricatio, quas committit aliquis ob utilitatem, vel voluptatem assequendum. 1. Violentum enim eum tristitia conjunctum est. At illi qui agunt ob voluptatem aut commoditatem, non sunt tristes. 2. Actionum iterum autores in se ipsis harum principium habent.

22. Non voluntarium per inscientiam, cuius causa est quædam ignorantia ac imprudentia, est vel cum pœnitentia, vel sine pœnitentia. Id est: Quodam ignorantium, cum resciverint postea, quid egerint, pœnitentia. Alios vero minimè pœnitent, sed potius

ratum

ratum habent, quod egerunt. Illi dicuntur *exortis, invitati*. Hi *exortos, non voluntarii, non generis retinentes*.

23. Quod igitur est cum pœnitentia ac dolore, simpliciter est invitum & contra voluntatem.

24. Quod est sine pœnitudine, est *preter voluntatem*: ac ab initio quidem est non voluntarium: sed post cognitionem facti, quia non ducitur pœnitudine autor, distat ab invitito.

25. Exempli causa: Invitus facit, qui occidit hominem, cum feram esse putaret, si postea doleat. Verum si aliquis, qui interficiens erat Catonem, interficiat Antonium, neque illum erroris hujus pœnitiat, sed potius gaudet: is dicitur fecisse non volens: haud tam invitus.

26. Et tamen, quatenus autorem hujus homicidii non pœnitit, hoc factum habet aliquid voluntarii, scilicet ex accidente, nempe impenitentia: seu sit per accidens quadammodo voluntarium, scilicet ob non pœnitentiam sequentem, cum aliqualætitia vel saltet approbatione animi (quod ne sic quidem male ceciderit) conjunctam.

27. Propriè autem seu simpliciter invitum facit Ignorantia Particularis, non Universalis.

## DISPUTATIONES

232. Universalis ignorantia est, quæ totius omnino re est, quæ sciri poterat, & debebat; ut si quis dicat, ignorasse, scortationem esse peccatum.

233. Itaq; est affectata, vel de industria acquisita, & conjuncta cum electione voluntatis,

30. Hujus ergo generis ignorantia est causa malitiaæ seu pravitatis, non inviti simpliciter. Ideoq; non excusat.

32. Particularis, est ignorantia circumstantiarum quarundam, quæ sciri non possunt: ut si aliquis transfixurus feram ficeret hominem, ita & eo loco post eam latitantem, ut videret non posse, nec presumatur ibi esse.

33. Talis fuit ignorantia Noæ primi imberbis; vini enim vim minimè norat; & Jacobi, cum Lex loco Rachelis fuit commissus, Ided uterque excusat. Huc pertinet istud Poëtz: *Inscius Actæon vidit sine vesti Dianam.*

34. Ex his intelligere est, chries & eos, qui magno ira furore percipiuntur, et si sapienter, quid agant, non tamen simpliciter invitos facere.

35. Ignorationem enim hanc sibi ipsi accessiverunt, ut malum a' d' ap' s' d' dici possit: Ac agunt propriè ignorantes dum agunt: non verò simpliciter per ignorantiam (d' a' y' c' v' c') seu ex imprudentia: quia sibi temperare, & abstinerè à nimio, initio potuerint.

COROL.

Q. ne Re  
ne. Hoc en  
confutin a  
cimos; Elle  
de vitiositas  
um violen  
um si no  
in nobis si  
1. Quæ  
Negatur  
contradi  
dam cor  
3. Quæ  
LENS NO  
spondent  
Militam;  
re, quia  
protinus  
& milita  
quantu  
4. Q  
tit (xv)  
deo, sp  
tingent  
Nec pr

## COROLLARII VICE.

**Q**UÆRITUR h̄c à quibusdam, peccatum originis, sitne actio voluntaria, necne? Respon. Hoc querere hic nihil attinet. Hoc enim peccatum non est actio: non consistit in actu. Tantum igitur hoc recte dicimus: Est nobis σύμπτων seu naturale (unde viciositas nativa appellari potest) nec esse rem violentam, cum intestinum, seu internum sit nobis hoc vitium, seu principium ejus in nobis sit.

2. Quæritur: an volens cogi aliquis possit. Negatur volens cogi propriè: quia implat contradictionem. Et, quæ dicitur à quibusdam coacta voluntas, tamen est voluntas.

3. Quæritur: qualis sit actio, cum quis voluntatis nolens, aliquid egisse dicitur? Respondet recte, esse actionem Medium seu Mistam. Is enim dicitur volens nolens agere, qui agere quidem vult, sed non plena & protinus acquiescente voluntate, sed remissa & mista cum noluntate, sicut Philosophi loquuntur.

4. Quæritur: An Judas Christum prodiderit ἐκαί, voluntariè: an ἀέριν δυνός? Respondeo, sponte, ultrò, voluntariè (ideoque contingenter) et si instigatio Satanæ accesserit. Nec proditio ista est proprium Dei opus, (et si

P S neceſſa

necessaria fuerit ex hypothesi ~~negativa~~ divine.)  
Prodidit enim Judas Christum cupidissime,  
quia ardebat cupiditate ulciscendæ injurie,  
quam sibi ex lucro interverso factam existi-  
mabat. Is gradus voluntarii non fuit in abru-  
ptione vitæ Judæ per laqueum, et si etiam vo-  
luntatis fuerit.

5. Quæritur: an quæ contra Dei volunta-  
tem fiunt, id est, contra ejus mandata, fiant  
præter ejus voluntatem? Respondeatur nega-  
tè: quia fiunt Deo permittente. Seu Deus vult  
permittere peccata fieri.

6. Quæritur: an verum sit: Neminè suæ  
voluntate malū cogitare? Negatur: quia isto  
pronunciatō tollitur libertas arbitrii.

7. Graviter & sanctè responder Augustinus,  
artic. 13. ad articulos sibi falso impositos: Di-  
vinæ voluntatis ope scimus multos, ne labe-  
rentur, retentos: nullos autem, ut laberen-  
tur, impulsos.

## DISPUTATIO ULTIMA.

DE VIRTUTIBVS INTEL-  
lect. & volunt.

**A**propterea Platonem in Phædro Socrates du-  
rum Idearum se amatorem profiteretur,  
quarum prima sit definitionis generalis,  
quæ variè dispersa cogat: Secunda divisionis  
specialis, quæ genera dividantur.

2. Idem

1. Idem in  
gildem, uia  
Secundo dua  
um postulat  
pacta rufis  
memoriam u  
dome prop  
genus perfip  
præfimma  
alibeatu  
erum nu  
infinitoru  
tejiciend  
3. Nos  
virtutum  
4. Virt  
Philosop  
per quem  
perficitu  
5. Seu  
cultas ei  
exercer  
6. Ita  
7. Si  
perfect  
& man  
oculi e  
potest f  
jedcas c

2. Idem in Philæbo primo loco unam exhibet Ideam, nimirum generalem definitionem: Secundo duas Ideas, hoc est, *διχοτομίας* generum postulat. Tertio præcipit, ut distributa genera rursus definiantur & dividantur ad extremam usque infinitarum multitudinem, donec propositum initio totum subiectum genus peripherum sit. Infinitatis autem Ideas, quæ infima est, non prius ad concludendum adhibeatur, quæcum totus intermediorum generum numerus sit explicatus. Postremo vult infinitorum & individuorum multitudinem rejiciendam.

3. Nos huic Ordini Platonico in doctrina virtutum studere convenient.

4. Virtus igitur (intellige eam, de qua in Philosophia Ethica agitur) est habitus bonus, per quem natura animi hominis & opus ejus perficitur.

5. Seu est habitus animæ humanæ, quo facultas ejus naturalis quam optimè suum opus exercere potest.

6. Itaque animi perfectio est.

7. Sic virtus naturalis est cuiusque naturæ perfectio, secundum quam optimè se habet, & munere suo rectissimè fungitur: ut virtus oculi est, per quam oculus bene se habet, & potest suo munere rectè fungi, id est, res obiectas cernere. Unde bonus *φυσικός* dicitur: ut contrà

## 236 DISPUTATIONES

contrà vitiosus oculus dicitur, qui non potest species visiles rectè percipere.

8. Cùm homo perficiatur secundum animæ facultatem, & diabolus ratiocinentem, & per se ipsum apperentem: Virtus alia est rationalis, attinens ad rationem, seu ratiocinem exco-  
lens animæ uberiorum. Alia in more posita, seu moris, seu moralis, attinens ad appetitum sensuum, seu ratiocinem exco-  
lens.

9. Virtus igitur rationalis est, quæ rationem & opus ejus perficit.

10. Hujus divisio ex diversarum rerum conditione petitur. Res omnes vel necessarie sunt, vel contingentes. E quibus illæ vel semper sunt, & nunquam fiunt: vel fiunt quidem, sed à natura, non à nobis. Hæc vero à nobis ex consilio fiunt, & in nostro sitz sunt arbitrio. Hæc sunt seu virtutes rerum necessiarum sunt: Simplices duæ: Compositus unus. Simplices, Intelligentia & Scientia: Compositus ex his Sapientia. Rerum, quæ à nobis fiunt, quædam effici, quædam agi dicuntur: aliud enim est moines effictio: aliud ægrediens actio. Rerum efficiendarum est Ars. Rerum agendarum prudenter.

11. Intelligentia r̄s habitus principiorum est, quo prima principia ducunt, tūm simplicia, tūm composita, fine medio seu causa cognoscimus.

11. Estq;

12. Estq; Sc  
13. Scientia  
14. sapientia & in  
15. munda & uni  
16. fides causas  
17. sapientia &  
18. Prude  
19. sagendum  
20. sunt autem  
21. Ira  
22. humanae  
23. vita cum  
24. castrensi.  
25. Pro  
26. fera delib  
27. si, vel xpi  
28. Ha  
29. que hab  
30. certis ju  
31. liquidid  
32. sus in re  
33. O  
34. Altitudi  
35. mendac  
36. gitur, a

- lus dicunt, quibus  
percipere.  
erficiuntur secundum  
enitatis rationes  
n: Virtus vel  
em, seu intelligentia.  
Alia in mortaliis, deo  
aristotelis operam  
excoles  
rationalibus operam  
cit.  
io ex operariis  
Res omnes vel  
entes. Equilibriu  
a am fiumi vel lacu  
à diabolis. Hoc nomen  
in nobis fortius ap  
tes enim occidimus  
omnipotens. San  
ctus. Compendi  
que à nobis dico  
g: dicuntur: ali  
und segerēt dico  
ts. Rerum operam  
ris habitus punc  
cipia: quae: ali  
te medio seu cum  
12. Estq; Scientia principium & caput.  
13. Scientia est habitus per demonstratio  
nem seu causam necessariam acquisitus, ut  
Mathesis & Physica.  
14. Sapientia est habitus compositus ex  
scientia & intelligentia, seu est cognitio com  
munis & universa eorum, quae sunt per altiss  
imas causas. Hæc nuncupatur prima philo  
sophia, & absolutè Philosophia & Metaphy  
sica.  
15. Prudentia est habitus cum vera ratione  
ad agendum ea dirigens, quæ homini bona  
sunt aut mala.  
16. Itaq; virtutibus moralibus prælucet, &  
humaniarum actionum dux est & magistra in  
vita tum politica seu urbana: tum bellica &  
castrensi. Unde oculus practicus dicitur.  
17. Prudentia enim est vel *ἐπιλογὴ*, *βελτίων*,  
seu deliberaans, seu inveniens quid agendum  
sit, vel *χρήσιμη*, judicans dicta & facta.  
18. Hæc est *κρατολογία*, quæ judicat de his,  
quæ habet perspecta: vel *διπολαρία*, quæ de in  
certis judicium suspendit: seu in dubiis et cō  
liquidis ampliat: sicut optimè dicitur: Assen  
sus in re incerta sustinendus est.  
19. Opponuntur ei Stultitia in defectu, &  
Astutia seu calliditas in excessu, cui famulatur  
mendacium & dolus malus: quando aliud a  
gitur, aliud simulatur. Cui an aliquando lo  
cus

## 238 DISPUTATIONES

cus esse possit, ita ut prudentia mixta fiat, de eo aliud viderint.

20. Logica, quia arti simillima est, ad artem revocanda est: vel Habitus mentis, qui virtutis nomen merentur, dividendi sunt cum Piccolomineo in Instrumentarios, cuiusmodi est Logica, & principales, de quibus modò diximus.

21. Opinionem, et si habitus mentis sit, namen virtutis nomine Aristoteles non coherestavit, quia rectum & verum non est opinio ni essentialie, cum opinetur interdum falsa, & ita propriè animus noster non perficiatur.

22. Hactenus de virtute, que  $\Delta$  ravoias est perfectio: Sequitur  $\delta$   $\alpha$   $\nu$ , que habitus appetitionis sensuum est: & affectuum moderatio.

23. Virtus moralis, ut definit Aristoteles, est habitus proæreticus, positus in mediocritate ad nos relata, & recta prudentiae ratione definita.

24. Dicitur habitus: quia, cum virtus sit, non est imperfectum quid, ut  $\delta$   $\alpha$   $\nu$  ad habitum.

25. Neque enim, quia eo habitu constanter ea præstigimus, ut loquitur Piccolomineus, que recta ratione decernimus.

26. In mediocritate: Quia virtus hac est moderatio perturbationum recta ratione circumsepta seu circumscripta, que quidem ratio medium in actionibus conjectat & statuit, ut evite-

evitetur nimil & parum, magis prudenter finem actionum inspiciente.

27. Relata ad nos: Quia cum circumstantiae varientur, virtus non est medium absolutum, quod exactissime absoluteque ab Ethico statui possit, sed ita varietati obnoxium est, sicut quae ad actionem concurrunt, variari possunt. Itaque perinde se habet, ac regula quae flectitur, & cui flexione variis adaptari potest.

28. Et si autem praecipue hoc medium & magis evidenter in justitia distributiva tenetur: tamen in omni virtute modo aliquo servatur.

29. Primo Ethica virtus communis est; vel Heroica.

30. Secundo: Ethica virtus spectat vel εργα, id est, ipsummet hominem hoc habitu praeditum: vel οὐλας, id est, alios, quibus cum ornatus habitu virtutis vivit, & quibus pro merito tribuit.

31. Respiciens ipsummet habentem versatur circa δέσποτα, vel φούρα, vel circa θεάς καὶ αὐτηρά.

32. Virtus utrumque effectum, δέσποτας & φούρα moderans, est Fortitudo.

33. Ησονται καὶ λυταὶ (voluptates & dolores) sunt σωματικές vel φυγαῖ.

34. In moderatis corporis spectatur temperatia, cujus partes continentia & abstinentia.

35. Servit ei frugalitas, cavens ne luxu diffluas.

36. Volut-

36. Voluptatum & dolorum animi objecta sunt Divitiae, Honor, Cōversatio quotidiana.
37. Divitias moderatur Liberalitas, & Magnificentia.
38. Servit iis Parcimonia, custodiens acquisita, quatenus in vitiis non ponitur.
39. Honores, Studium honoris: ut Magnanimitas, & moderatae honoris appetitio.
40. In conversatione habetur ratio vel dissensionis, id est, itae, dissensionis, rixae, quae societatem mutuam tollit, nisi virtutis subvenient moderatio, quae dicitur Clementia, & Severitas in ulciscendo, ubi vitandas vindictae excessus, saevitia & crudelitas, & defectus, indulgentia.
41. Vel opinias, id est, eorum, quae ad conversationem fovendam faciunt. Hic moderatrix est Veritas & Jucunditas.
42. Veritatē moderatur veritatis studium, Candor, Integritas, Jucunditas est veluti sal & condimentum mutui convictus.
43. Elus moderatio spectatur vel in seriis: & dicitur Popularitas, Affabilitas, Humanitas, ubi vitanda morositas & blanditiae, vel in ludicris: & dicitur Urbanitas, ubi vitanda scutillitas & insolitas.
44. Singularum definitiones requiri ex aristorele.
45. Hactenus igitur de virtute, quae perficit habentem,
- ture, que illi  
vibonum  
46. Justitiae  
47. illa est  
omni virtut  
48. Ideo  
inequaliter  
49. Eio  
equare.  
50. Par  
buens.(1  
51. Est  
52. Di  
ctionem  
53. Co  
tionem  
comigit  
& aqua  
54. U  
Religio  
55. R  
est, De  
& corr  
56. E  
crotum  
57. E

habentem, ut bonum *oikos*: Sequitur de virtute, quæ sis quibz scum versatur, commodat, ut bonum *oikos* & *anabrotios*, JUSTITIA.

46. Justitia universalis est vel particularis.

47. Illa est obedientia erga leges, quæ de omni virtute amplectenda agunt. ( Itaque est *an. sp. eti* ) Ei opponitur *asixos traegerouos*, injustum discrepans à legibus.

48. Ideoq; quid in quoq; facto æquale vel inæquale sit, perpendens.

49. Ei opponitur *asixos aricov*, injustum inæquale.

50. Particularis est virtus suam cuique tribuens. ( Itaq; *pi. es n. ap. eti*. )

51. Estq; Distributiva vel Correctiva.

52. Distributiva est, quæ secundum proportionem geometricam digna confert.

53. Correctiva est, quæ secundum proportionem arithmeticam indigna & inæqualia corrigit. Ea atq; *pi. eti* atq; *looy*, id est, ad medium & æqualitatem redigens.

54. Ultraq; est, ex objectis divisione facta, Religiosa vel Profana.

55. Religiosa, quæ Deo & aliis Dei causa, id est, Dei ministris, quæ decet in distribuendo & corrigendo tribuit è religionis prescripto.

56. Est igitur cultus Dei vel hominum sacrorum.

57. Ea consistit in amore, timore, honore.



Amor

- Amor bonitati : Timor potentiae & <sup>legitimi</sup>  
hoc est autoritati : Honor sapientiae debetur.
58. Profana est, quæ homini cum homine  
extra religionem intercedit.
59. Profana distributiva est in Fide vel Gra-  
tia, aut est officiosa.
60. Fides est Justitia tribuens, quæ debet al-  
teri ex pacto & obligatione reciproca.
61. Estq; Politia vel Oeconomica.
62. Politica erga vel nostros eadem patria  
civitate tribu fruentes: vel alienos.
63. Oeconomica est ~~paternità~~ inter patres &  
liberos: ~~maternità~~ inter conjuges: vel ~~servitutem~~ in-  
ter Dominum & servum.
64. Gratitudo est Justitia, quæ gratias pro  
beneficiis & in eritis agit, habet, refert.
65. Justitia distributiva officiosa est, quæ ex  
virtute præmia distribuit.
66. Profana Justitia correctiva est in syn-  
allagmatis tūta voluntariis, tūta non vo-  
luntariis.
67. Synallagmata voluntaria dicuntur, in  
quibus & patiens & agens consentit. Latinū  
propriè vocant contractus, ut sunt emptio &  
venditio. Emens hic vendenti primum repen-  
dit, & sic quod inæquale erat corrigitur.
68. In voluntariis tollenda seu corrigenda  
est inæqualitas per rem æquivalentem, ut pe-  
cuniam: vel per commutationem.

69. Non

Non v  
non consentit  
70. Partur  
vénus, ut furc  
filiū, adulter  
coetus à po  
ceres exilia, et  
enclavis et  
stacione del  
71. Synal  
funt ad ipsā  
ter violente  
jus contra  
72. In  
lucrum &  
lum. Nar  
quitit, id  
pecuniaris  
oppimit,  
modò qu  
adulter p  
Qui inj  
ideoq; d  
incotpo  
fisti, ut i  
justam p  
justum lu  
73. Fit  
modò per

69. Non voluntaria sunt, in quibus patiens non consentit.

70. Patitur enim vel dolo fraudeq; circumventus, ut furto, peculatu, falso testimonio, insidii, adulterio, clandestina cæde, vel per vim coactus a potentiore, ut sunt tormenta, carceres exilia, cædes apertæ. Hic quidem patiens sciens est, sed tamen pati cogitur: quia defensione destituitur.

71. Synallagma igitur involuntaria aut sunt *adspœcia*, id est, clandestina, aut simpliciter violentæ (*Siua*). Suntq; impropriæ seu *anomalous contractus*.

72. In involuntariis inæqualitas tollitur per lucrum & damnum, hoc est, bonum & malum. Nam, qui injuria volens afficit, plus acquirit, ideoq; lucrum habere videtur, modò pecuniarium: ut qui injusto sœnore alterum opprimit, vel alienum a de losè suppressit, modò quodvis aliud: ut vitam, honorem: ut adulteri pudicitiam, homicida vitam eripit. Qui injuria nolens afficitur, minus acquirit, ideoq; damnum pati videretur in corporeis vel incorporeis rebus. Correctio igitur in eo consistit, ut is qui justum lucrum injustè obtinuit, sustam pœnam luet, is qui damnum paſlus est, justum lucrum per restitutionem adipiscatur.

73. Fit itaq; correctio in non voluntariis, modò per easdem res numero vel specie, per

Q. 2

quas

244 DISPUTATIONES

quas injusta actio, ut per restitucionem ejus,  
quod furto ablatum est, modò per res specie  
& numero diversas, æquivalentes tamen, ut  
cùm pro pudicitia violata reponitur pecunia,  
ut mulcta: aut homicidium mulctatur exilio.

74. Et hæc hæc tenus de virtutibus, quæ vis  
sunt ad beatitudinem: E quibus principes seu  
Cardinales numerantur quatuor: Prudentia,  
Justitia, Fortitudo, Temperantia.

75. Cardinales dictæ sunt per metaphoram,  
quæd in his tanquam cardinibus Janua beatæ  
vitæ versetur.

Quæ-

